

Johann Quistorp    Matthäus Wiese

## **[...] Fidei Christianae Fundamentum, Quod ex I. Johannis. I. Vers. I. II.**

Rostochii: Kilius, 1643

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737816031>**

Druck    Freier  Zugang



Vert.: ① A. Wiese  
② H. Kröger  
③ J. H. Wagnerius

Joh. Christianus  
R. U. theol. 1643.



כּשֵׁם אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל

FIDEI CHRISTIANÆ  
FUNDAMENTUM,

35 60

*Quod ex*

I. JOHANNIS. I. Vers. I. II.

*permissu & auctoritate veneranda*

*Facultatis Theologica,*

MODERATORE

VIRO

*Plurimum Reverendo, Amplissimo, Ex-  
cellentissimo*

DN. JOHANNE QUISTORPIO,

S.S. Theol. Doct. in Alma Rodopolitanâ Professo-  
re, Facultatis Theol. Seniore, & p. t. Decano specta-  
tissimo atq; celeberrimo, nec non ad D. Mariæ Ecclesias  
vigilantissimo, Præceptore, Patrono & Promotore suo  
summo observantiæ cultu devenerando,

*Publicè considerandum exhibet*

M. MATTHÆUS WZEE / Hamb.

AUCTOR & RESPONDENS.

*Ventilatio publica 8. Novemb. instituetur.*

Ἡμελίον ἄλλον ἔδειξεν δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν

Ἰησοῦς ὁ χριστός. I. COR. 3. V. II.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Academia Typographi.

ANNO M. DC. XLIII.

1643

FIDELI CHRISTIANE  
FUNDAMENTUM  
I JOHANNIS I. V. C. H. E. N. I.

MODERATORE  
VIRO



M. MATTHEUS  
Auctor & Revisor

ROSTOCKI  
ANNON DE LITTE



Stiduus *Matthæe* satis tu huc usq;  
fuiſti (nium.

Dum curis ſacris, imbuis inge-  
Perge ita percharum ſtudio exhila-  
rare ſacrato

Patrem, nec dubium digna brabeja feres.

Fidere perge Deo, nunquam nam deſerit ille

Fidentes famulos, in bonitate ſua.

*ita ex animo gratulari, ac quavis fauſta*

*& felicia precari voluit Eximio Dn.*

*Reſpondenti conuictori ſuo per dilecto.*

**Johannes Cothman SS. Th.**

D. & Prof.

**MATTHÆUS WISIUS**

*ἀναγεγραμ.*

**HUIUS VITA, EST MUSA.**

**S**iqua *MATTHÆUS* ſibi *WISIUS* obuius adſe  
Die, *HUIUS VITA EST* niſi *MUSA*, *viri.*

*Vixit enim MUSIS tot tempora pervigil inter,*  
*Ut merito MUSAS nomen habere queat.*

*Vivat porro precor, MUSIS clerog, Deog*  
*Et vita tandem premia certa ferat.*

Amico ſuo perquam dilecto l. mq; f.

**M. ELIAS TADDEL** olim Prof. S. S.

Theol. & Templi Petrini Roſtoch. Paſtor, nunc  
verò Eccleſiæ *μνησας* Luther. in emporio Am-  
ſterd. Doct. Prim. & Conſiſtorij Eccleſ. Praeſes.

*Vita*

**V**ita, Salus, CHRISTUS nostra est, æterna proinde  
*Est Vita, hunc solum cum Patre nosse Deum,*  
Vita, salus, soboles æterni Patris J H E S U S.  
Qui negat hunc, Patrem non habet ille Deum,  
Quippe negans *Gnatum*, negat is *Patremq; Deumq;*  
Sic mortem infelix impius omnis agit.  
Ut CHRISTUM *sapias, W I E S E*, tua cura laborq; est  
Unicus, ut satis hæc lemmata docta probant.  
Proq; tua pugnas VITA CHRISTO acriter, unde,  
Æterna in cœlis te quoq; *Vita* manet.


*Id quod Amicissimo suo vov.*

M. Johan. Hieronymus Staudius  
Camin. Pomeranus.

**Q**ui Deus æternus nec non Homo verus JESUS,  
Unus qui nobis omnia, nostra salus,  
Ille tua est vita & *Studiis*, Clarissime W I S I,  
(*Quàm bene!*) *præfixus terminus atq; scopus.*  
Illum si bene scis, nil nescis: ille beatis  
Transcribit regnis, cognitus ille beat.  
Dum scripto è cathedrâq; ejus defendis honorem,  
Es W I S I sapiens, atq; honor inde Tibi.

Gratulab. adtexeb.

M. Daniel Simonius  
Nöribergâ - March.





Divinâ clementer aspirante gratiâ.

ΠΡΟΑΓΑΙΟΝ.

I.



Erè aureum, imo quod rutilo auro longè religi-  
osius nobis commendatum esse debet, oracu-  
lum est, quando gentium Doctor S. Paulus in-  
quit: 1. Tim. 4, v. 7. & 8. *Exerce temetipsum ad pie-  
tatem. Nam corporalis exercitatio perparum est  
utilis: Pietas vero ad omnia utilis est, habens pro-*  
*missionem hujus presentis & futura vitæ.*

2. In quibus D. Apostolus duo agit. *Sedulò nos exhortatur ad  
pietatis studium. Γύμναζε, ait, σεαυτὸν πρὸς εὐσεβείαν: exerce te-  
met ipsum ad pietatem. Unico εὐσεβείας & pietatis vocabulo D. Pau-  
lus complectitur omnia ea, quæ ad verum DEI nostri cultum per-  
tinent.*

3. Ille autem duobus absolvitur capitibus, *Fide scilicet pura &  
vita sincera.* Utrumq; conjunxit D. Chrysostomus, dum hunc in  
modum ad hunc locum commentatur Homil. XII. *Γύμναζε δὲ σε-  
αυτὸν πρὸς εὐσεβείαν. Τὴν ἐστίν, πρὸς τὴν κατὰ θεὸν καὶ βίον ἁγίου.  
Τὸ το γὰρ ἐστὶ εὐσεβεία hoc est, Exerce autem te ad pietatem, id est, ad  
fidem puram, vitamq; rectam. Id quippe significat pietatis nomen,  
Cui amicè respondet B. Martyr. Ignatius, qui ita scribit, epist. 7. *To-  
sus noster Christianismus nihil aliud est, quam fides in DEUM, & cha-  
ritas in proximum.**

4. Hinc Apostolus Paulus in omnibus suis Epistolis in eo unicè  
laborat, ut nobis inculcet *πίστιν καὶ ἀγάπην* fidem & dilectionem.  
ut verè à nobis apprehendatur veritas, & devotè exerceatur pietas.  
Et revera summa sapientia est, ut docet Iliodorus Pelusiota lib. 4.  
Epist. 174. *recta de DEO existimatio, & divinissima scientia optima a-  
ctio, quarum illa rectè de DEO sentit, ista de divitiis abstinet, altera per  
dogma de DEO Philosophatur, altera per actiones laudem consequitur.*

5. Ad hoc sincerum pietatis exercitium ut nos Apostolus effi-

A

ciat



ciat propensores, proponit *ii. amplum pietati primum*. Etenim  
ne idem nobis usu veniat, quod illis, qui dicunt Mal. 3. v. 14.  
**וְעִבְדוּ אֱלֹהִים** *vanum est, servire Domino*, immensam atq;  
inestimabilem pietatis utilitatem nobis ante oculos ponit, idque  
per collationem imparium. Nam *corporali exercitatio* inquit, *pa-*  
*rum prodest*: illa exercitatio hypocritica, qua corpus duriter tracta-  
tur, in jejuniis, ciborum electione, & vigiliis &c. non multum utilita-  
tis habet. *Regnum enim DEI non est cibus & potus, sed justitia, pax,*  
*& gaudium in Spiritu Sancto, & qui in his servit Christo, placet DEO;*  
*& probatus est hominibus.* Rom. 14. v. 17. & 18.

6. At vera & sincera pietas, qua consistit in Salvifica DEI &  
Christi sui agnitione & apprehensione, sancta atq; operatione, utilis  
est ad omnia, nihil est quod huic non pateat, nihil est quod illa im-  
petrare nequeat. Nam *habet promissiones hujus & futurae vitae.*  
*Quis enim est vir ille, qui delectatur vita, amat dies, amat frui bono?*  
*Custodi linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur fraudem, re-*  
*cede a malo & fac bonum, require pacem & sectare eam.* Oculi Jehova  
ad justos, & aures ejus ad vociferationem eorum attendunt. Psal. 34.  
13. 14. 15. 16. Et qui bona fecerunt, prodibunt ad resurrectionem vitae  
aeternae. Joh. 5. v. 29.

7. Haec cum ita sint, ferreum esse oportet, qui non strenue sese,  
spiritualis instar militis, exercere velit, in hoc pietatis stadio, ut &  
nunc & olim largo a DEO coronaretur premio. Ad id serio omnes  
fideles exhortatur Apostolus & Evangelista Johannes in Canonica  
sua Epistola. Quapropter, ut me ipsum ad sanctissimum hoc pieta-  
tis exercitium excitem atq; informem, mihi sumpsi primum istius  
Epistolae caput explicare & publice bonis ventilandum proponere.

8. Si autem Pericles orator, teste auctore gravissimo Plutarcho,  
tribunal ascensurus, & ad populum Atheniensem concionaturus,  
solicitus fuit, precari deos, ne quod sibi praeter voluntatem verbum  
excidat, quod vel causa, quam dicturus erat, officeret, vel popu-  
li aures offenderet, quanto igitur magis, mihi homini Christiano,  
sanctum suscepturo negotium, incumbet, ut DEUM ardentibus  
invocem votis, quo divino suo favore atque gratia clementer  
mihi adesse velit, ne verbum excidat, quo tremendum ipsius Nomen  
laedatur, ne cogitatio obrepit, qua proximus offendatur.

Ergo

Ergo

*Tu rege consilii actus, Pater optime, nostros,*

*Nostram opus ut laudi serviat omne tua.*

9. Postquam jam DEUM precatus fui, ut res faulstè, feliciter, prospereq; eveniat, id quod agere institui, sine ulteriori circuitione aggrediar. Ne verò instabilis instar æquoris jaçtemur, certà prægrediemur methodo, & inter duos quasi limites, totam nostram meditationem coarctabimus. 1. Dabimus capitis divisionem. 2. Subjungemus uniuscujusque membri expositionem: In qua, ne nesciat Lector, hic servabitur ordo. 1. Considerabimus textus resolutionem, literalemq; ejus expositionem. 2. quaestionum nonnullarum ex textu depromptarum enodationem. 3. quæ videbuntur cum aliis scripturæ locis pugnare, conciliationem. 4. doctrinarum practicarum collectionem.

### CAPUT PRIMUM.

#### Argumentum & partitio capitis.

1. Tres capitis primi constituimus partes, in quarum prima tractatur de doctrinæ Evangelicæ & Apostolicæ excellentiâ & dignitate, quæ monstratur in tribus prioribus capitis versiculis. Secunda pars de nobilissimæ hujus doctrinæ utilitate, quæ est de communionis hujus acquirendi modo sive facilitate. Singularium partiû uberiorem expositionem jam videbimus.

#### PARS PRIMA:

2. Auspicatur D. Johannes suam Epistolam salutatione prætermissa, quam tamen reliqui Apostoli ferè omnes in suis Epistolis præfigere consueverunt. Duplex hujus rei dari potest ratio: 1. Quod hæc Epistola non ad unum hominem, neq; ad certum fidelium hominum genus, velut ad Judæos, aut qui è præputio erant profelyti, neq; ad unam aliquam Ecclesiam, quales ferè omnes Paulinæ, specialiter mittitur, sed in genere toti Ecclesiæ, omnibusq; hominibus, cujuscunq; illi etiam sint status, sexus aut conditionis, offertur atq; destinatur, qua de causa etiam Catholica & *ἐν κοινῷ* appellatur Oecumenio, Gerharδο, præceptoris meo etiam in sepulchro colendo Exeges. Loc. Prim. p. 279. Brochmand. prolegom in Epist. Jacob. sect. 1. Estio. præfat. sup. Epist. Canon. fol. 1092. Heinsio. in Exer. 4, sacr. ad hunc locum. Beze in annot. ad inscript. Epist. D. Jacobi.

A 2

3. 2. De

3. 2. Deinde Apostolus Johannes initium suæ Epistolæ confor-  
me esse voluit cum initio sui Evangelij. Etenim ut ibi dicit, *In prin-  
cipio erat verbum*, ita enim de eodem verbo concionaturus, sine  
ulla salutatione incipit: *Quod erat à principio* &c: quæ verba cum  
habeant omnis salutis fontem, alia salutatione se haud indigere  
arbitratur Evangelista.

4. Sistent autem hæc verba nobis totius Epistolæ exordium.  
Cumq; sit *περοίμιον ἀνερατῶν παρασκευῆ, καὶ τὰ πρᾶγματ* & *ἐν  
κεφαλᾷ μὴ εἶδῃσι δῆλωσις, ἵνα γινώσκωσι περὶ ὧν ὁ λόγ* & *πα-  
ρακαλεῖσθε τῆ ἰσοῖα εἰ καὶ ἐπὶ τῷ προσέχειν παρακαλῆσαι, καὶ  
καθ' ὅσον τῷ λόγῳ δυνατὸν, εὐχῆς ἡμῖν αὐτὰς ποιῆσαι*, id est *ratis*  
*quædam*, quæ rebus ijs, de quibus reliqua futura est dictio, summam  
expositis, auditorium animos ad attentionem idoneo & quoad fieri de-  
cendo potest, ad benevolentiam nobis comparat: Arles cap. 30. lib.  
Rhetor. ad Alexand. Ideo etiam Apostolus, ut suæ orationi docili-  
tatem & attentionem conciliet, proœmij loco subjectum totius  
doctrinæ Christianæ, atq; sic etiam suæ prædicationis præmittit, fi-  
nem & scopum, qui est Filius DEI, Dominus noster JESUS CHRI-  
STUS. Ostenditq; se cum Paulo nihil scire nisi Christum crucifixum  
1. Cor. 2. v. 2.

50. Contextum autem hujus exordij reddit quodammodo ob-  
scurum, hyperbaton & constructio suspensiva, ex ver. 3. ad initi-  
um capitis referenda, ut sit verborum ordo, *Annunciamus vobis id  
quod erat à principio, quod audivimus* &c. Elegans hic est observa-  
tio B. Hunnij: *Plurali numero uti Johannem, ut suis cum Apostolus  
in Evangelio consensum declares.* Tanta enim inter sanctos Christi  
Apostolos in doctrina Evangelij est symphonia, ut omnes idem  
de odem magno labore stupendoq; nisu doceant, atq; inculcent,  
*quod Jesus est Christus ille filius DEI: & credentes vitam habeant per  
nomen ejus* Joh. 20, 31.

6. Et si vero constructio aliquantulum videtur intricata, non  
tamen propterea caret suis delitiis hoc loco stylus Spiritus Sancti,  
Nam magnum & ornamentum, & emphasin, & énergeian habet,  
quod Apostolus utitur oratione *ἀσυνδέτω*, & articuli (ὁ) *ἐπινοῶ-  
φορᾷ* repetitione svavi. *Quod erat*, inquit, ab initio quod audivi-

1116,

mus, quod vidimus, quod perspeximus: quæ verborum amplificatio est  
svavissima quædam gradatio, quæ rei dignitatem atque excellenti-  
am mirificè extollit & demonstrat. Etenim in illis elegantissimè no-  
bis exhibetur Evangelij subjectum & fundamentum.

7. I. *Ratione divinitatù*, quæ demonstratur. I. *Ab æternitatù at-  
tributo* & dicit: (a) *quod erat à principio*. Per articulum (ὁ) neu-  
trius generis notatur subjectum prædicationis Apostolicæ, quod est  
Christus: De hoc prædicatur *quod fuerit à principio*. In græco est:  
ὁ ἦν ἀπ' ἀρχῆς. Verbum substantivum ἦν idem est quod ὑφίστατο  
personaliter subsistebat.

8. Arbitrantur quidem Apostolum de industriâ adhibuisse ver-  
bum imperfecti temporis, & vertendum esse, *quod erat*, non verò,  
*quod fuit*, ne quis eò dilaberetur, Filium per incarnationem id esse  
desiisse, quod erat, antequam *in plenitudine temporù de muliere ho-  
mo nasceretur*. Gal. 4. 2. qua de causa DEUM in sacris describi au-  
tumant, *non qui fuit, sed qui erat, & qui venturus est*. Apoc. 1. v. 1. 8.  
17. cap. 21. 6. cap. 22. 13.

9. Quamvis hæc observatio non est perpetua. Sæpè enim  
illud imperfectum ἦν pro præterito, & pro eo, quod jam esse desiit,  
tam in sacro codice, quam profanis auctoribus reperitur: fidem  
assertioni nostræ facere poterit, vel unicus ille locus Apocal. 17. v. 8.  
θῆλον ὁ εἶδες, ἦν, καὶ ἔστ: *Bestia quam vides, fuit, & non est*.

10. Attamen hic locum habet. Nam S. Apostolus non indu-  
xit animum suum docere, Verbum vitæ in principio quidem fuisse,  
sed jam amplius non esse; sed semper esse, semper fuisse, semperq;  
futurum. Non rectè igitur vertit vetus interpres, *quod fuit*, tem-  
pore mutato. Rectius Erasmus & Beza aliq; verbum hoc substan-  
tivum ἦν transulerunt, *quod erat*. Præterquam enim quod ita græ-  
cè est, magis æterno DEI filio convenit, ut de eo, *erat*, quam *fuit*,  
dicatur.

11. Nam notante Johan. Maldonato in comment. ad cap. 1.  
Joh. fol. 195. fuit potest significare esse capisse, ut si dicas, *in principio  
fuit calum & terra, non significes, fuisse ante principium, sed statim  
principio conditionis rerum capisse. Filius autem DEI non cepit esse,  
semper fuit, semper erit. Deinde verbum fuit potest significare rem, qua  
fuisse*

fuisse dicitur, & desigge. *Vulgatum est illud Virgilij. 2. Æneid. Fuius Troes. Id non significat verbum, erat. Deniq; verbum erat inclusam habet particulam jam, quam non habet verbum fuit. Perinde enim est, in principio erat verbum, ac si diceret: in principio jam erat verbum, non habuit principium, non capit esse, quia cum omnia, qua principium habuere, esse ceperunt, jam ipsum erat.* Unde etiam S. Basilij ait Homil. XXVI. contra Sabellianos. ἦν σοι ἔπειν, διὰ τὸ ἄχρονον hoc est, erat (verbum nempe) tibi dixit (videlicet Johannes) quod non ceperit in tempore. Et ita nos ad cælestis Patris unigeniti Filij æternitatem ducit vox erat.

12. Quod etiam præstat (b) vox δὲ. Hanc enim per metam sursum versus aut ultra tendendo seu Ante, commodè interpretari possum. Ita enim non solum Hebræum אַנְתֵּן reddiderunt septuaginta & vetus interpres Psal. 110. v. 3. ubi אַנְתֵּן vertunt Ante Luciferum genuite. Sic quoq; accipitur prov. 8. 22. Dominus possedit me אַנְתֵּן אַנְתֵּן ante opera sua, Verum in Novo etiam fœdere ita usurpata legitur, 2 Thessal: 2. v. 13. Nos autem debemus gratias agere DEO semper de vobis, fratres dilecti à Domino, ὅτι ἐλέησεν ὑμᾶς ὁ θεὸς ἀπ' ἀρχῆς εἰς σὺν ἔλευσεν, quod elegerit vos DEUS ante initium in salutem, per sanctificationem spiritus & fidem veritatis. Apoc. 13. v. 8. Agnus qui occisus est; ἀπὸ τῆς ἀρχῆς κόσμου, ante originem mundi. Vide Cl. Glassij Præceptoris mei ætatem honoratissimi Philolog. Sacr. lib. 3. tract. Append. præpos. pag. 538.

13. Quod autem hic ita verti debeat, liquet tum ex illis scripturæ testimonijs, quæ apertè testantur, Christum non esse unà cum reliquis creaturis conditum, ac temporis initium fuisse sortitum, sed ab æterno cum suo æterno patre extitisse, tum ex ipsius Apostoli collatione, qui in 1. capite sui Evangelij, pro eo quod hic dicit ἀπ' ἀρχῆς ante principium, dixit ἐν ἀρχῇ ἦν λόγος in principio erat verbum. Non dicit Apostolus & Evangelista, in principio factum fuisse λόγον, quemadmodum Moyses inquit: Gen. 1. v. 1. DEUM in principio fecisse cælum & terram; Sed asserit, in principio illo jam tam extitisse λόγον. Quapropter si in ipso rerum omnium principio jam exstitit filius DEI, oportet eum jam ante fuisse, æternamq; habere existentiam. Hinc Augustinus Epist. 667. Non sicut in princi.

*principio DEUS fecit caelum & terram. ita in principio fecit verbum, sed in principio erat verbum. confer Flacij Clav. Script. S. lit. A. fol. 1.*

14. Magnum etiam robur ad hanc Christi aeternitatem adstruendam latet (c) in voce *principij*, quare & hic diligentius erit expendenda. Quidam autem ex veteribus, nomine principij, intelligunt quodvis principium extra DEUM, quod ante creationem, à Mose descriptam, cogitari ponive potest. Quodcumq; enim assumas principium, semper respondet Johannes, ante istud principium jamdudum erat, non incipiebat λόγος. Hilarius lib. 2. de Trinit. pag. 22. *Quid est, inquit, illud in principio erat? trans-euntur tempora, transcenduntur secula, solvuntur aetates, pone aliquid quod voles tua principium opinione, non tenes tempore: erat enim, unde tractatur.* Gregorius Nazianzenus tract. 51. de fide. fol. 830. *Quodcumq; principium Verbi assignare volueris, praedudicatum habebis, quia in principio erat.* Ambrosius lib. 1. de fide cap. 5. *Indefinitè traditur, ERAT, quicquid excogitaveris, erit filius, quod erat in principio, non includitur tempore, non principio praeventur.*

15. Quidam principij nomine formaliter & directè ipsam aeternitatem intelligunt, quæ est principium sine principio, unde etiam phrasis ἐν ἀρχῇ & ἀπ' ἀρχῆς quandoq; aeternitatem notat. 2. Theff. 2. v. 13. 1. Joh. 2. v. 13. S. Basiliius Advers. Eunomium lib. 2. tom. 2. fol. 51. B. ἔτε ᾧ ἀρχῆς ἐστὶ π ἐπινοήσασαι πρὸς βύτησιν· ἔτε ᾧ ἀν ἐπὶ εἰη ἀρχῆ, ἐπερ ἐχοί π ἐαυτῆς ἐξώτησιν· ἔτε ᾧ ἦν διαβάντης τῶ λογισμῶ, εἰς ᾧ ὅτε ἐκ ἦν δυνατὸν ὑπερκύψαι. Αθέτησις ᾧ ἐστὶ τῶ ἦν, ἦτῶ ὅτι ἐκ ἦν ἐπίνοια· εἰ μὲν ᾧ ἡ ἀρχῆ τῶν πρὸς ἐπεσιν λεγομένων ἦν, ὡς ᾧ ἀρχῆ σοφίας κὶ ἀρχῆ ὁδῶ ἀρχῆς, κὶ ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς, ἦν ἀν τυχὸν τῶ ἐκ πιαύτης ἀρχῆς ὑφὲς ὧτος, δι' ἐπιμύσεως ὑπερβῆσαι τὴν γέννησιν· ἐπειδὴ ᾧ σημερινόμδμον τῶ π τῆς ἀρχῆς ἀπολελυμένον κὶ ἀρχετον τὴν ἀνωθάτω φύσιν δηλοῖ, πῶς ἔκκαται γέλασος ὁ τὰ ἐξώτῶ π αύτης ἐπινοῶν κὶ ἐπ' ἀρχῶν αὐτῆν τοῖς λογισμοῖς ὑπερβάλλειν. Hoc est, interprete Georgio Trapezuntio: Neq; enim principio possibile est antiquius quid excogitare: non enim esset principium, si quid ante se haberet superius: neq; quid erat, cogitatio-  
ne

ne transgressos possibile est, ad id, quod non erat, ascendere: Refellere enim est quod erat, si quod non erat excogites. Nam si principium ex eorum numero esset, quæ dicuntur ad aliud, ut principium sapientia, ut principium via bona, & in principio fecit DEUS: fortè possemus ejus, qui tale principio constitutus est, generationem cogitando excedere. Verum quoniam id principij significatum absolutum, ac sine relatione supremam naturam significat: quomodo non deridendus est, qui ultra hoc principium cogitatione circumyagatur, aut id sui imaginationibus excedere conatur.

16. Origenes & Cyrillus Principium accipiunt de Patre, prima Deitatis persona, ut sit verborum sensus: Apud Patrem erat verbum, sapientia, virtus, character, splendor & imago ejus, quibus cum facere videtur Augustinus lib. 6. de Trinit. cap. 2. qui etiam lib. 4. de Trin. cap. 20. Patrem vocat Principium totius divinitatis.

17. Quamvis hæc S. Patrum expositiones non discordent cum veritate, nec analogiæ fidei contradicant, collatio tamen ostendit, S. Apostolum phrasin suam ex Mose desumpsisse, ac proinde simplicissimam hanc esse hujus vocis expositionem, quæ vocem Principij interpretatur per principium temporis. Ex quo nihil minus D. Apostolus firmiter filij DEI æternitatem demonstrat. Nam quia Filius DEI in hoc ipso principio creationis, quando reliqua omnia esse cœperunt, suam originem non cepit, sed eandem jam ante habuit, ultrò sequitur, eum esse ἀρχον & ἀναρχον æternum, sine tempore & principio. Eleganter causam nostram juvat Basilius de Spiritu Sancto. cap. 7. fol. 154. Καλῶς τῷ Ἰωάννῃ διὰ δύο φωνῶν εἶσω περιγραπτῶν ὄρων τὴν διάνοιαν διακλείσει(σθαι), ἐν τῷ εἰπεῖν ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος (σθαι), ἀνεύθετον μὲν γὰρ διάνοια, τὸ ἦν ἀνευθέστατον δὲ φαντασία, ἀρχὴ ὅσον γὰρ ἀναδράμῃς τῇ διανοίᾳ ἐπὶ τὰ ἄνω, ἐκ ἐκβαίνεις, τὸ ἦν καὶ ὅσον ἀνὰ καταξῆς ἰδεῖν τῷ ἦν τὰ ἐπέκεινα, ὑπεράνω γεννέσθαι τῆς ἀρχῆς ἐδυνήθη ὡσεβὲς ἐν κατὰ τὸν τὸν τρόπον, ἄμμι νοεῖν τὸν ἦν τῷ πατρὶ. Hoc est, Erasmo interprete: Johannes pulchrè duabus vocibus cogitationem intra præscriptos terminos reclusit, cum ait: in principio erat verbum: Hæc enim vox, erat, nullum cogitationi præbet exitum, quemadmodum hæc, principium, non dat transitum humane menti  
imagina-

imaginationi. Quamvis enim cogitatione curras ad anteriora, non excedis erat. Et quantumvis institeris videre quae sunt ultra filium, non poteris tamen superare Principium. Itaque pius est iuxta hanc rationem, Patrem simul cum filio intelligere. quo cum faciunt Lyra, Hilarius, Beda.

19. Hanc filij DEI aeternitatem ulterius Sanctus Apostolus & Evangelista probat, quando 2. de ipso dicit, quod sit ζωὴ αἰώνιου Vita aeterna, vers. 2. Illam autem in se suaque natura habere non posset, si non ipsemet aeternus foret. Habere autem Christum in se vitam aeternam, ipse luculentus testis est. Joh. 5. v. 26. ὁ πατήρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, ἣν ἔδωκε καὶ τῷ υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ quemadmodum enim Pater habet vitam in seipso, ita dedit & filio vitam habere in seipso: videl. per aeternam generationem. Quum autem in se ipso Filius vitam habet aeternam, ut Pater, ideo etiam habet aeternitatem, quam

20 3. Apostolus ex eo demonstrat, quod fuerit ἀπὸ τοῦ Θεοῦ in nullo loco. ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν, inquit, τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἣν ἡμεῖς ἔχουσιν ἀπὸ τοῦ πατρὸς annunciamus vobis vitam aeternam, quae erat apud patrem. Pro eodem cap. 1. in Evangelio dixit, ἡν ἔχουσιν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. id est ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, ut loquitur Ignatius ad magnates. Onkelos (teste Hugone Grotio in annot. ad v. 1. cap. 1. Joh. f. 850.) pro eodem ponit, coram Domino. Nam Exod. 20. v. 19. ubi in Hebraeo est, וְלֹא יִדְבַר עִמּוֹ אֱלֹהִים. e. Et ne loquatur nobiscum DEUS, ipse vertit, Ne loquatur nobiscum Dominus per verbum, quod est coram Domino. Sic sapientia dicitur fuisse ἀπὸ τοῦ Θεοῦ Prov. 8. v. 30. ubi Chaldaeus ad latus ejus, id est, praesens ipsi, pro quo μετὰ τοῦ Θεοῦ dixit Graecus Siracidae Interpres cap. 9. v. 9.

21. Quemadmodum jam annuNCIaverant Apostoli Christum principium nullum habentem, cum ipse sit rerum omnium principium: Sic, ut jam ulterius demonstret ejus aeternitatem, probat Joh. ipsum in nullo fuisse loco, sed antequam locus ullus crearetur, extitisse, & fuisse ἀπὸ τοῦ πατρὸς apud patrem, qui ante omnia sibi & mundus, & locus erat, & omnia. ut eleganter loquitur Tertullianus ad vers. Praxeam cap. 5.

22. Johannes Maldonatus in comment. ad cap. 1. Joh. fol. 198. arbitratur, sessionem ad dextram Patris hic describi, & eam Patris & filij



*hij aequalitatem* insinuari. Hanc interpretationem, tanquam genuinam, præ cæteris laudat; voluisse enim dicere, ait, Evangelistam, ubi fuisset infinitis seculis verbum, quod semper fuisse dixerat, ideoque dicere *πρὸς τὸν Θεόν*, apud DEUM, id est, juxta DEUM, sedisse ad dextram DEI, quod est, DEO æqualem esse. Hunc sensum esse verum & genuinum, addit jam Jesuita, ex scriptura colligo, quæ cum docet Christum post resurrectionem suam in calum ascendisse, minimum dubium est, quin significare velit, eo, unde venerat, ubi prius erat, rediisse. Dicitur autem sedisse ad dextram DE I, id est, Patris Marc. 16. 19. Act. 2. 34. cap. 5. 32. cap. 7. 55. Rom. 8. 34. Eph. 1. 20. Col. 3. 1. Heb. 1. 3. cap. 8. 1. cap. 10. 21. cap. 12. 2. 1. Petr. 3. 22. prius ergo erat ad dextram, & cum Johannes his verbis dicere voluerit, ubi erat, ubique dicere voluit, ad dextram Patris fuisse. Hactenus Jesuita.

23. Sed vehementer fallit & fallitur. Quamvis enim non repugnet indoli atque naturæ Græcæ linguæ, *πρὸς τὸν Θεὸν ἢ πατέρα*, reddere, juxta DEUM & Patrem. Non tamen id confestim probat, hunc locum, ad sessionem Christi ad dextram Patris, esse referendum.

24. Nam sacra pagina hanc Christi sessionem ad Dextrâ Patris ita describit, ut illa tantum ad Humanam Christi naturam, non Divinam pertineat. Scriptura enim prædicat Christum hominem in tempore post resurrectionem, in ascensione collocatum esse ad Dextram majestatis & virtutis DEI. vide Chemnitium de duabus Naturis in Christo cap. 28. pag. mihi 218 Gerhardi exegetin Loc. pag. 1505. Georg. Mylij comment. Aug. Conf. fol. 86. Franzium disp. de Ascensione Christi in Cælum, & ses. ad dex. Pat. quæ est 1. in tom. 2. disp. Wittetb. Mentzer. AntiMart. pag. 928. Verum in aprico est, quod D. Apostolus hic non agat de Salvatoris nostri Humanitate, sed de æterna ejus Divinitate, quod nec ipse Maldonatus ire inficias potest.

25. Rectius igitur statuunt ii, qui hoc ipso enunciato aequalitatem & coæternitatem Filij cum Patre connotari docent. Etenim dixerat Johannes Verbum esse *ἀρχόν*, quod esse suum habuisset jam ante mundi originem, vitamq; æternam in se habuisset, si jam quis ulterius desideraret cognoscere, ubinam ergo ante hanc mundi fabricam fuisset; ejus etiam desiderio satisfacere voluit, ac proinde respondet *apud Patrem*. Et eis docet, Christum non in loco aliquo

aliquo: quandoquidem locus, ante rerum principium, nullus erat, Sicut etiam nullo indiguit loco, sed ut extra tempus fuit in ipsa æternitate, sic & extra locum omnem subsistit, intra Deitatis essentiam: quæ tanquam bonum *αὐτοκρίσειτον*, ad sui existentiam loco planè nullo eget.

26. Fuit ergo Christus apud Patrem, non sanè ut apud homines filius patri assistit, numero & discrimine *ἑσώτης* ab illo distinctus, sed fuit apud Patrem tanquam *ὑπόστασις* apud *ὑπόστασιν*, indivisa unius Deitatis *ἑσώα* & essentia. Non malè ergo scribit Hieronymus Zanchius ad hunc locum, pag. 708. *Aliquem, autem esse apud alium duo necessaria concludit. Primum quidem aliquam esse inter eum qui est apud alium, & inter quem est, conjunctionem, seu propinquitatem: Deinde aliquam etiam esse inter eos distinctionem. Non potest autem esse inter hanc vitam sive λόγον ζωῆς hoc est, inter filium DEI & Patrem DEUM, neque conjunctio, nisi omnium arctissima (arctior autem & perfectior conjunctio ipsa ἑσώδεια & essentia, esse non potest.) neque consequenter distinctio ἑσώδης quæ est omnium maxima. Hæc autem est hypostatica. Cum igitur ait, quæ erat apud Patrem, duo de hac vita, id est, Filio DEI, docet. Primum quidem, eum esse Patri ὁμοῦσον, eique coæternum. Unde Theophylactus ad hæc verba in comment. super Joh. fol. 581. notat: *καὶ ἐνταῦθα συφέτερον δείκνυσι συναϊδιον τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ. ἵνα γὰρ μὴ νομίσης, ὅτι ἦν πότε ὁ πατὴρ χωρὶς τῆς υἱῆς, φησὶν ὅτι ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, τῆς ἑσώτης, μετὰ Θεῶ, ἐν ταῖς κέλποις ταῖς πατρικαῖς, ὅ γὰρ πρὸς, ἀντὶ τῆς μετὰ ὀφέλεις νόησι, ὡς καὶ ἀλλὰ χεῖ κείται. ἔχι οἱ ἀδελφοὶ αὐτῆς καὶ ἀδελφαὶ αὐτῆς πρὸς ἡμᾶς εἰσὶν, ἀντὶ τῆς μετὰ ἡμῶν εἰσὶ, καὶ μετὰ ἡμῶν ἀνασπρόφονται, ἔτω γὰρ ἐνταῦθα ὅ πρὸς τὸν Θεὸν, νόησον, ἀντὶ τῆς, μετὰ Θεῶ ἦν, σὺν τῷ Θεῷ, ἐν ταῖς κέλποις αὐτῆς. Hoc est Johan. Oecolampadio interprete. Et hoc loco manifestius indicat coæternum Patri filium. Ne enim existimes, quod Pater aliquando fuerit absq; filio, dicit & illud verbum erat apud DEUM, hoc est, cum DEO, in sinibus paternis. Apud enim intelligere debes pro cum. Sicut & alio loco dictum est. Nonne fratres ejus & sorores ejus apud nos sunt? hoc est nobiscum sunt, & nobiscum conversantur; sic & hoc loco apud DEUM intelligi: hoc est, cum DEO erat, cum DEO in sinibus ejus.**

27. Deinde & hic docet, Filium à Patre esse ὑποστατικῶς personaliter distinctum. Qui enim apud aliquem est, is hypostasi ab eo, apud quem est, distinctus sit necesse est. Nemo enim, propriè loquendo, apud semetipsum est, sed apud alium, non quidem substantià, sed hypostasi.

28. Elegantissima & hic diligenter observanda sunt verba S. Basilij, Homil. 16. tom. i. fol. 507. Α. ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν. Θεοῦ μισοῦσιν τὴν ἀκρίβειαν ἐκείνης Φωνῆς· ἐκ εἰπεν, ἐν τῷ Θεῷ ἦν ὁ λόγος. ἀλλὰ πρὸς τὸν Θεόν· ἵνα τὸ ἰδιόζων τῆς ὑποστάσεως παρεξέσση· ἐκ εἰπεν, ἐν τῷ Θεῷ· ἵνα μὴ πρὸς φασιν δὲ τῇ συγχύσει τῆς ὑποστάσεως. πνευρὰ γὰρ κακείνη ἡ βλασφημία τῶν φύσιν τὰ πάντες ἐπιχειρόντων, καὶ ἐν τῷ ὑποκείμενον λεγόντων, πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἄγιον πνεῦμα, προσωπορίας δὲ διαφερέσσης τῶ ἐνὶ πράγματι ἐπιφημίσεσσι· πνευρὰ ἡ ἀσέβεια, καὶ φευκτὴ ἐκ ἡττον τῶν ἀνόμοιον εἶναι καὶ ἐσίαν τὸν υἱὸν τῆς Θεῶ καὶ πατρὶ βλασφημιόντων. id est. Et verbum erat apud DEUM. Admirare cujuslibet vocis virtutem. Non dixit, in DEO verbum erat, sed apud DEUM, ut hypostaseos proprietates declararetur. Non dixit, in DEO, ne confundenda Hypostaseos occasionem daret. Etenim perversa est illorum blasphemia, qui omnia commiscere, & unum subjectum statuere: Patris vero ac Filij, ac Spiritus Sancti differentes appellationes uni rei adaptatas esse asserere conantur. Impietas haec pessima, fugiendaq, non minus, quam dissimilem esse, secundum substantiam, Filium DEI DEO ac Patri blasphemantium.

29. Et ita hactenus vidimus, qua ratione Apostolus salvatoris nostri Deitatem probet ab aeternitatis attributo. Progreditur jam. Apostolus, & eandem confirmat. 2. ex creationis & Redemptionis negotio. Nam id se annunciare ait, quod erat à principio, quod audiuit περὶ τῆς λόγου τῆς ζωῆς· de verbo vitæ, id est, ut ipsemet Evangelista illud in cap. i. v. 2. Evang. interpretatur. Vitam λόγος Patris omnibus aliis creaturis, per creationem & redemptionem, est largitus.

30. Appellat hic subjectum suæ prædicationis λόγον. quam vocem Des. Erasmus, Beza, Zanchius, Socinus reddunt, per sermonem. quam versionem nos non probamus, sed rectius per verbum efferri arbitra-

arbitramur: 1. quia illa maxime rei convenit. Nam si filius appellatur  
λόγος, quia notitia patris est, non solemus mentis conceptum,  
sermonem, sed, verbum, appellare: sive quia interpres Patris est,  
ejus ad nos mandata deferens, & interpretem & mandatum nemo  
non potius verbum quam sermonem dixerit.

31. 2. Hec etiam interpretatio naturam & proprietatem vocis re-  
ctissime exprimit, Verbum enim unam duntaxat & simplicem vo-  
cem significat, Christus vero non multis verbis, rebusve, sed una  
simplici; natura sua, quicquid est in Patre, declarat. quia est splen-  
dor gloriae, & figura substantiae ejus. Heb. 1. v. 3. conf. Col. 1. v. 15.

32. Et quamvis 3. non ignoremus, nonnullos ex Patribus vocem  
τὸν λόγον per sermonem vertisse. vide Tertull. lib. de Trinit. Cyprian.  
lib. 2. contra Judæos. cap. 3. Hilar. 2. de Trinit. Lactant. lib. 4. cap.  
8. 9. Ambros. lib. de fide cont. Arrian. cap. 2. Hieronym. comm.  
in cap. 1. Epist. ad Eph. August. tract. 54. in Joh. Reming. in cap. 4.  
Epist. ad Heb.

33. Imò aliquando vocem appellasse video Lactan. lib. 4. cap.  
9. & Claudianum gentilem Poëtam, Christum tamen carmine  
celebrantem.

*Christe potens rerum redeuntis conditor avi,  
Vox summi, sensusq; DEI, quem fudit ab altâ  
Mente Pater - - -*

Attamen longè frequentius hanc per Verbum, alij nunquam per  
sermonem interpretati fuerunt. vide, si lubet, Joh. Mald. ad cap. 1.  
Joh.

34. Variæ autem hujus appellationis à variis afferuntur ra-  
tiones, quæ tamen vel eodem redeunt, vel parum à se invicem di-  
stant. Non incongruè vero dicitur, filium DEI λόγον id est Verbum  
nuncupari. 1. respectu personæ, quia est Patris verbum essentielle &  
internum, quæ ratio divinam Christi respicit naturam, juxta quam  
Patri est ὁμοῖος ejusdemq; cum eo essentialis. Hanc rationem  
inter alios reddit etiam Basilius Hom. 16. fol. 506. ubi quærit, filius  
DEI cur dicatur verbum, & respondet: ὅτι εἰκὼν τῆ γενήσαντας, ὅλον  
ἐν ἑαυτῷ δεῖκνὺς τὴν γενήσαντα, ἔδεν ἐκείθεν διαμειρίσας, καὶ  
τάλα ὑπάρχων κτλ. ἑαυτὸν &c. id est. quia imago est genitoris,

B 3

totum

factum in se monstrans genitorem, nullam inde partem deducens, & perfecta in se existens: &c. confer. B. Gerhard. Exeg. p. 1173.

35. 2. *Resp. Officij* quia est illa persona, per quam Pater cum primis Parentibus & Patriarchis locutus est, quæq; aliquoties in formâ eâ, quam postea in plenitudine temporis assumpsit, Sanctis in V. T. apparuit, & familiariter cum iis locuta est, quæq; post factam incarnationem per tres annos, & quod excurrit, semen verbi sparsit: Utq; per verbum sensa animi aliis communicamus: Ita Pater in filio & per filium voluntatem suam nobis patefecit, quam appellationis rationem ipse Johannes in suo Evangelio cap. 1. v. 18. assignat, quando inquit: *DEUM nemo vidit unquam, Filius quæ est in sinu Patris, ipse enarravit nobis*, super quod dictum ita commentatur Irenæus scriptor antiquissimus lib. 4. advers. Hæres. cap. 14. fol. 242. *Revelavit non solum in futurum dictum est, quasi nunc inciperet verbum manifestare Patrem, cum de Maria natus, sed communiter per totum tempus positum est. Ab initio enim assistens filius suo plasmati revelavit omnibus Patrem, quibus vult, & quemadmodum vult Pater.*

36. 3. *Quia habet similitudinem quandam cum verbo vocali.* Ut enim homo verbum suum mente ac cogitatione parit: Ita etiam Pater filium gignit perfectissimè, Nazianz. orat. 4. de filio fol. 126. *Ut mens absq; passione ulla producit verbum, sic Filius absq; alteratione & mutatione est à Patre genitus*, Theophylactus cap. 1. Joh. fol. 144. B. Basilius Hom. 16. tom. 1. fol. 506. Ut verbum hominis productum in eadem mente manet, à qua producitur, sic filius in Patre manet à quo gignitur. Fulgentius lib. 3. ad Monimum.

37. Quæ tamen comparationes ad declarandum generationis divinæ mysterium, non ad definiendum generationis modum, usurpari debent. Confer. B. Chemnit. lib. 1. Harmon. cap. 7. pag. 74. Pelargi Damasc. Orthod. p. 13. Jacob. Martin. de Tribus Elohim. lib. 3. cap. 40. pag. 360. Zanchij de Tribus Elohim. pag. 229.

38. Joh. Cammero autem arbitratur, sententias laudatas non quidem esse incommodas: Aliam tamen hujus adfert appellationis rationem. *Rerum agendarum, inquit, due sunt rationes, una qua humane imbecillitatis est, nempe dum res non nisi ad mota ad opus manu peraguntur; altera cum solo nutu atq; (ut dicitur) verbo fiunt.* Unde  
pro-

profectum est, ut quo quilibet potentior est, eo jactet confidentius se vel verbo solo. h. e. imperio aut mandato posse res maximas prestare. Inde factum est, cum DEUS omnia per filium gesserit, tum que pertinent ad opus creationis, tum etiam que ad opus redemptionis spectant, dicatur DEI λόγος. vide ejus Myrothec. Evangel. pag. 134.

39. Hoc autem nomine Johannes DEI filium insignire voluit, tum quia hoc nomen jam ante in V. T. acceperat. Gen. 1. v. 2. Psal. 33. 6. 1. Sam. 3. 21. 2. Sam. 7. 20. 1. Sam. 17. 19. tum quia Chaldaeis usitatum erat, Messiam vocare מלך־משיח verbum, quæ vox cum in Populo Judaico eo tempore usitata & familiaris erat, ideò eâ Apostolus, tanquam omnibus nota, uti voluit. B. Chemnit. in Harm. pag. 74. Gerhard. part. 1. Homil. pag. 244. Beza in Notis ad cap. 1. Johan. Heinsius in Aristarch. sacro pag. 72.

40. De hoc DEI Filio jam Apostolus testatur, quod sit λόγος τῆς ζωῆς verbum Vitæ, id est, ut exposuimus, qui dedit omnibus creaturis, tum per creationem, tam per redemptionem, vitam. Nā Christus vita est, tum ἑστωδῶς essentialiter, quia est ζωὴν ἔχων ἐν ἑαυτῷ vitam habens in seipso Joh. 5. 26. & fons vitæ Joh. 4. v. 14. quam ἐνεργητικῶς, quia vitam rebus omnibus impertit, & quidem 1. naturalem, per creationem, per ipsum enim omnia sunt facta, non ὀργανικῶς instrumentally, sed δυναμικῶς potentialiter, & effectivè Joh. 1. v. 1. Col. 1. 16. Heb. 1. 1. Ap. 3. 14. 2. Spiritualem per redemptionem, nobis enim instituit vitam 2. Tim. 1. v. 10. unde dicitur auctor vitæ Act. 3. 15. vitæ nostra, Col. 3. 4. Nazian. orat. 4. de filio f. 127. Ex quibus omnibus immotè colligit D. Apostolus, Christum & redemptorem nostrum verum esse DEUM.

41. Jam ita divinitate Christi demonstrata, pergit Auctor & prædicationis suæ subjectum ulterius describit. II. Ratione Humanitatis. Quam probat. I. Ex ipsius patefactione seu incarnatione, qua naturam suam invisibilem & incomprehensibilem, in carne omnibus penè sensibus apprehendendam, toti humano generi exhibuit. Id quod enumeratione præcipuorum sensuum, quibus certitudinem aliquam probamus, demonstrat. Annunciamus vobis, inquit, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod spectavimus, & manus nostra contrectaverunt. V. I.

42. Pulchra certè hæc est gradatio, nam ab eo, quod est minus, gradatim ascendit ad id, quod est majus. Dicit ergo. *Quod audivimus*, id est, quem DEI filium labiis lillii stillantibus myrtinum liquidum Cant. 5. 15. auscultavimus, & ex cujus ore benedictio haufimus *verbum vite* Joh. 6. 68. illum vobis annunciamus, & quod plus est, *quem vidimus oculis nostris*, id est, quem humana indutum, massa, & in carne inter homines versantem, cum iis edentem, cæteraq; quæ homini conveniunt, agentem & patientem, oculis his nostris vidimus, illum vobis annunciamus.

43. Non autem existimandum est, hic esse inutilem ac abundantem verborum pleonasmum, cum is, qui videt, oculis videat. Cum magna potius his verbis, *ἑώρακαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς vidimus oculis*, insit emphasis. Adeo enim certos facere studet S. Apostolus, ut etiam nullum dubitationis aut contentionis superesse locum velit, vult ipsi credamus, cum oculis suis viderit. Quæ enim oculis nostris usurpavimus: de iis testimonium omni exceptione majus dare possumus: unde etiam Apostoli, tanquam fide digni, appellantur, Lucæ cap. 1. v. 2. *αὐτόπται* oculati testes, qui rei gestæ spectatores fuerunt, confer. 2. Pet. 1. 16. Eodem vocabulo utitur Josephus lib. 1. cont. Appionem. *τῶ δὲ πλέμει τὴν ἰστορίαν ἐγραψα, πολλῶν μὲν αὐτοῦ γὼς πρᾶξεων, πολλῶν δ' αὐτόπτης γινόμενον, ὅπως δὲ τῶν λεχθέντων ἢ πραχθέντων ἐδοπίεν ἀνοήσας.*

44. Non tamen hoc sufficit Apostolo dixisse, sed adhuc ad longè majus progreditur, & dicit, se annunciare id *quod perspexerunt*. vox *θεᾶσθαι* plus est, quam *ὄρεῖν*. Cum hoc sit simpliciter etiam per transennam videre: illud vero, diu & diligenter contemplari. Alludit autem hoc verbo tum ad miracula à Christo edita, tum ad gloriam, quam in monte sancto, Christus Johanni, Jacobo & Petro, visendam præbuit. Matth. 17. tum ad Christi resurrectionem, & visibilem in cælum ascensionem: Matth. 28. Luc. 24. Joh. 20. Act. 1. Denique ad omnia, quæ ab Apostolis spectata, gloriam Christi patefecerant, quemadmodum & in primo sui Evangelij capite loquitur, dicens: *Et vidimus gloriam ejus, gloriam velut unigeniti à Patre, plenum gratiâ & veritate.*

45. Nec hoc satis est Apostolo, sed quod omnium maximum est, addit: *Id vobis annunciamus quod manus nostræ contrectarunt.*

qua

qua voce alludit, tum ad totam familiaremque, quam Apostoli cum Christo per annos tres habuerunt, consuetudinem, tum ad illam contrectationem, cum post resurrectionem, Apostolis non creditibus, & manus, & pedes, & latus, imo se totum palpandum præbuit, docens. Luc. 24. 39. *ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα αἶρα καὶ ὀστά ἔκ' ἔχει, καὶ ὡς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα: Palpate me & videte, quia Spiritus carnem & ossa non habet, uti me videtis habere.*

46. Quando igitur Apostolus ait: Annunciamus vobis, quod audivimus, quod spectavimus, quod palpavimus, tam apertè humanitatem asserit, ut plumbeus sit, imo ferreus, qui id capere non possit *πάν γὰρ σῶμα τὸ εἶδ' ὅρα πὺν καὶ ἀπὸν εἶναι.* rectè dicit Plato in Timæo.

47. Interim tamen, ne quis dicat, impossibile esse, se id dicere posse, videlicet λόγον Patris ab Apostolis esse visum, addit v. 2. se id verè facere. *Quia vita patefacta est.* quem versum totum rectè includit parenthesis Beza. Conjunctionemque καὶ optimè reddit per γὰρ. Ostendit n. Apostolus rationem, què verbum cælestis Patris percipere & tangere potuerint. Ita enim reddenda est Matth. cap. 4. 19. cap. 11. v. 28-29. Luc. 1. 17. Joh. 3. 13. Act. 1. 26. 10. Rom. 1. 23. Vox vero ἐφανερώθη hic non illam significat patefactionem, quâ se olim Deus Patribus & Prophetis manifestavit, sed novam quandam hic planeque singularem manifestationem eâ innuit Johannes, videlicet illam, in qua carnem in divinissimæ suæ ἰσσοστάσεως κεινωγίαν & unitatem assumpsit, & assumptâ eâ carne sese nobis manifestavit.

48. Solenne autem & frequens est Apostolis, incarnationem Filij DEI vocare *Φανερώσειν* 1. Tim. 3. 16. *θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ* *DEUS manifestatus est in carne.* 1. Pet. 1. v. 26. *Christus præcognitus est* *DEI agnus ante constitutionem mundi, Φανερώθεις manifestatus autem* *novissimè temporibus.* 1. Joh. 3. 8. *In hoc ἐφανερώθη manifestatus est* *DEI filius, ut destruat opera Diaboli:* Causæ hujus denominationis duæ potissimum dari solent, 1. est *DEI invisibilitas.* Ex. 33. 20. *Non videt me homo & viveret.* Joh. 1. 18. *Deum nemo vidit unquam.* 1. Tim. 6. 16. *DEUS habitat lucem inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest.* Idem etiam de Filio statuendum, quippe

C

qui



qui est verus & æternus cum Patre DEUS. Illum igitur nemo in nu-  
dâ divinitate videre potest, quia Deitas est invisibilis, sed mani-  
festavit se in carne, & sic invisibilis DEUS, invisibili carne apparuit  
Sicut is, qui claritatem lucis intueri nequit, umbraculo utitur, ac ve-  
lut lux solaris in fenestra attemperatur: sic lux in visibilis Deitatis in  
carnis umbraculo facta est visibilis. Qui hanc assumtam Filii DEI  
carnem videt ipsum Filium DEI videt Joh. 1. 14. quippe quæ perso-  
naliter filio DEI unita, imo etiam Patrem videt, quippe cum quo  
Filius est essentialiter unus Joh. 14. 9.

49. 2. *Typorum claritas.* In V.T. incarnatio Filii DEI per va-  
rias apparitiones fuit præfigurata, inter quas eminent ea, in quibus  
filius hominis in forma viri, piis Patribus apparuit. Gen. 18. 2. cap.  
32. 24. Ios. 5. v. 11. Jud. 13. 11. Et 1. Par. 18. v. 17. dicit Dav. *Respexit me, in fi-  
gura hominis qui in supernis est Dominus Deus.* Cû itaq; toties Filius Dei  
se se manifestarit hominibus in formâ hominis, ideoq; Evang. placuit  
ejus incarnationem describere per *Φανερωσις* & quando Apostolus  
hic dicit, vita nobis manifestata est, idem dicit, quod dixerat in Ev-  
angelij sui cap. 1. v. 14. *Et verbum caro factum est, & habitavit inter  
nos, & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre.*

50. 3. Probat hanc Christi humanitatem *reliquorum Apostola-  
rum testificatione*, quos ex sensu propriæ experientiæ, idem secum de  
Christo testari & illis prædicare ait. Quod argumentum innuit ver-  
bis pluralis numeri: Et vidimus & testamur, & annunciamus vobis  
vitam illam æternam, quæ neminem dubitare sinunt, hæc Apосто-  
lum in persona tam sua quam cæterorum Apostolorum adduxisse,  
ut omnibus palam fiat, idem, quod ipse testatur, probari etiam ab  
aliis, nempe *CHRISTUM esse natum ex patribus, secundum carnem,*  
*DEUM benedictum in secula.* Rom. 9. v. 5. Et hæc quidem de analysi  
partis primæ.

### QUESTIONUM

Nonnullarum, ex textu depromptarum,  
Enodatio.

- I. *An voce τὸ λόγος verbi hic intelligatur Salvator  
noster JESUS, an vero sanctum Christi  
Evangelium?*

Faustus Socinus in comment. suo super hanc Johannis epistolam

pag

pag. 3. 4. opinatur hic per Verbum non esse intelligendum Salvatorem nostrum Christum, sed sanctum ejus Evangelium.

2. Verum orthodoxa DE I Ecclesia unanimi consensu, docet, Vocem τὸ λόγος Filium DEI, Salvatorem nostrum denotare: quam sententiam immoto hoc confirmamus argumento,

*Quicquid capax est omnium attributorum, quæ S. Johannes hic enarrat, illud hic voce τὸ λόγος i. e. verbi intelligitur. Atqui Christus & non ejus Evangelium capax est omnium attributorum, quæ S. Johannes hic enarrat.*

*E. Christus, & non ejus Evangelium hic voce verbi intelligitur.*

3. Majoris veritas per se est manifesta, nec eam sanus in dubium vocare ulla ratione poterit, quare hac missa videbimus

4. Minoris probationem. Eam autem firmat ipse textus. De hoc enim verbo Apostolus testatur (1) quod illud auribus audiverint, (2) quod oculis suis illud viderint, penitusque introspexerint, (3) quod manibus suis illud contrectaverint & palpaverint, (4) quod ipsis primum manifestatum fuerit. Hæc autem attributa S. Evangelio minimè conveniunt. Nam prædicatum Evangelium Christi licet audiri potuerit, attamen nequivit videri oculis, multo minus manibus palpari. Hæc enim talia sunt enunciata, quæ requirunt corpus aliquod Physicum, habens quandam longitudinem, latitudinem & profunditatem.

5. Deinde verbum S. Evangelij non tum primum fuit manifestatum, sed jam ab ipso DEI Filio in paradiso revelatum & annunciatum, quando Gen. 3. 15. inquit: *Ponam inimicitias inter seminem mulieris & serpentis, Semen mulieris serpenti caput conculcabit.* Quare firmiter inde concludimus, hic per Verbum intelligendum esse Verbum substantiale Patris, quod est Salvator noster Jesus Christus.

6. Excipit vero Socinus: *Hæc ratio quamvis satis speciosa sit, tamen facile dissolvi potest, si consideraverimus, nihil prohibere quo minus rei certam scientiam declararet hæc metaphorâ, videndi & contrectandi, oculis ipsis & manibus, usum fuisse; quemadmodum nemo ignorat istis Metaphoris in ipso quotidiano sermone, ad rei certitudinem probandam frequenter locum dari.*

7. At respondeo: Hac instantiâ crassissime *ἰοὺ δὲ δὲ λαμβάνει*. Siquidem, quod tanquam concessum & ab omnibus receptum ponit, nempe, hæc verba sensus, ut audiendi, videndi, contrectandi, hic esse Metaphorica, id simpliciter à Sancta Dei Ecclesia repudiatur, & tanquam omni veritatis specie destitutum, rejicitur. Nec syllabam hic nostris Deitatis Christi attulit, quæ nobis svadere posset, ut literas negligentes, metaphoras quæramus. Ex allatis verò arbitramur manifestum satis esse, contrarium hic prævalere, verbaq; ita accipienda, prout jacent. Certum enim est, id ab Apostolis esse annunciatum, quod verè oculis suis viderint, auribus audiverint, manibus palpaverint, videlicet Christum in carne manifestatum; Cujus rei certam & immotam veritatem ut declaret Johannes, omnes ferè hominis sensus in medium profert, ac ab illis testimonium sumit. vide quæ diximus ad analysin textus.

8. Deinde nec id probatur, nimirum, ad certam alicujus verbi prædicati scientiam declarandam, ac certitudinem probandam, istis, quibus hic utitur Apostolus, verbis, vel in Scriptura S. vel in quotidiano sermone, quemquam usum fuisse. De verbo quidem prædicato non rarò dicitur, auribus nostris id audivimus, hausimus. Quod autem de eodem dicatur, oculis id vidimus, manibus id contrectavimus, nondum fuit probatum, nunquam verò, vel à rudi rustico, auditum. Quare concludimus, Johannem per *λόγον* intelligere non Christi Evangelium, sed ipsum Christum, *ὃς ἔστιν αὐτὸ πᾶν τὸς λόγος*, & *ῥήτος*, ἀλλ' ἐσιώδης, veluti loquitur Ignatius Epist. 3 ad Magnethos, adjiciens, *ὃ γὰρ ἐστὶ λαλιᾶς ἐν ἁρθερ φώνημα*, ἀλλ' ἐνεργείας θεικῆς ἐστὶ γεννητὴ id est qui est ipse (Patris) verbum, non pronunciatum, sed substantiale, nec enim est articulati sermonis vox, sed divinæ essentia genita essentia.

9. Sed audiamus, quid moverit Socinum, ut per verbū hic Evangelium Christi intelligeret: Altera porro, inquit, *sententia*, quod scilicet Evangelium Jesu Christi, non autem ipse Christus Jesus, hic significetur, quam nos veriore esse arbitramur, unica ratione videtur posse satū defendi, ac stabiliri, quod videlicet hic Apostolus non fuerit usus genere masculino, sed neutro, ita ut constare videatur, ipsum non quidem personam, sed rem intellexisse.

10. At fallum est, id inde constare. Illud enim Scriptura refellit, ostenditq; neutrum genus non semper pro re, sed quandoq; etiã pro masculino usurpari, tum videlicet, quando de persona sermo est, Matth. 1. 20. Luc. 1. 35. Matth. 12. 6. c. 18. 11. Joh. 1. 47. Joh. 3. 6. 1. Joh. 5. 4. Hebr. 7. 7. Et hoc loco neutrum poni pro masculino, collatio Joh. 1. 14. clarissimè ostendit. Quod hoc loco est ὁ ἦν ἀπὸ ἀρχῆς id Joh. 1. v. 1. dicitur ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. Quod hoc loco est ὁ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασάμεθα: Id Joh. 1. 14. dicitur: καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ &c.

11. Nec obstat Phrasis πρὸς τὸν λόγον τῆς ζωῆς. Est enim vox πρὸς genitivo juncta, particula memorativa, & hic ad ipsum λόγον τῆς ζωῆς, in assumptâ humanitate verâ, qua conspectus, auditus, contrectatus ab Apostolis fuit, considerandum nos ablegat: quasi diceret: de Verbo vitæ & aeterno DEI Filio loquor, qui factus est θεῶν ἄνθρωπος assumpta humana natura, non verò de quodam ψυλανο-θρῶπῳ seu nudo homine. vid Glassij Philol. Sacr. libr. 3. tract. 1. pag. 72. 73. 74.

## II. An Jesus Noster sit verus ille Essentialis DEUS, qui naturâ Deus est?

Id omnes, qui Christum ex toto pectore diligunt, fatentur, & religiosè tuentur, ac proinde ipsum devotè cum Patre & Spiritu S. tanquam verum Deum venerantur, invocantq;.

2. Photiniani autem, quamvis & ipsi videri velint, se quoque non alienos esse ab hac sententia, quæ Christum verum DEUM dicit, sed potius eam probare. Socinus enim scribit contra Bellarm. pag. 51. *Apertè falsissimum est, nos palam affirmare, Christum non esse verum Deum, imo contrarium publicè profiteremur, & in nostris, tam Latinâ quam Polonicâ lingua, non paucis editis scriptis, Christum verum esse Deum asserimus.* Attamen cum penitus illorum introspicimus scripta, animadvertimus, has meras esse verborum præstigias, dolos ac fraudes, quibus simplicioribus imponere & incautis glaucoma objicere student.

3. Deprehendimus enim eos docere ἰ. θεοπῶς quod Christus sic respectu

respectu suæ essentiaë nudus & simplex homo. Ostorodus in Instit.  
ger. cap. 6. §. 7. So halten wir es dann dafür/dasß die Essentia oder  
das Wesen des Sohnes Gottes nichts anders dann eines Men-  
schen Essentia gewesen/das ist ein wahrhafter Mensch: vund wissen  
von keiner andern Essentia oder Natur in ihm. Hinc docent

4. Η. *Ἐννηταῖος* vel *ἀντιπνευμαῖος*, Christum non esse verum &  
essentialem DEUM. Adam Goslavius à Bebelno in refut. eorum quæ  
Keck. in lib. 1. Syst. sui Theol. disp. cap. 5. pag. 69. *Nunquam nega-  
mus Christum esse DEUM; quanquam non naturâ, sed illius unius DEI  
beneficio.*

5. Sed horrendam hanc, atque ab ipso Satana, infensissimo Chri-  
sti hoste, traditam blasphemiam seridè & ex animo detestamur. San-  
ctèq; credimus Jesum non tantum esse hominem, sed etiam verum  
& essentialem DEUM, nec tantum habere dona divina, sed veram  
& perfectam divinam naturam, nec tantum dici Deum, sed esse i-  
psum unum illum verum DEUM, qui est *DEUS benedictus super o-  
mnia.* Rom 9. v 5.

6. Id hætenus fusè & firmiter contra hos furentes CHRISTI,  
hostes ex limpidißimis Israelis fontibus obtinuerunt veri pij, Chri-  
stumq; sincerè colentes. Omnia illorum argumenta hic repe-  
tere instituti nostri ratio non patitur, videatur Gerh. Exeges. cap. 5.  
loc. 4. de Perf. & Off. Christ. Tarn. lib. de Trinit. Jac. Mart. de Trib. E-  
lohim. &c. Illud tantum proponere lubet, quod ex textu nostro fluit,  
& hunc in modum Christi Deitatem asserere.

*Qui est 1. æternus, (2) qui est rerum omnium creator (3) qui  
est generis humani redemptor, ille est verus & essentia-  
lis DEUS.*

*Atqui (1) Christus est æternus. (2.) rerum omnium creator.  
(3) & generis humani redemptor. Ergo  
Christus est verus & essentialis ille DEUS.*

7. Majoris vis tanta est, ut eam nemo jure negare possit. Quod  
enim (1.) ejus membrum concernit, benè notandum, quod ipsimet  
Phoniani agnoscere cogantur, ex æternitate, Deitatem Jesu Christi,  
immo: è probari posse. Ostorodus in Instit. Germ. cap. 8. §. 1. Nun  
wollen

wollen wir untersuchen/ob irgend etwas aus Heiliger Schrift könne beygebracht werden / damit zu beweisen / daß Christus von Ewigkeit gewesen sey. Dann wo das war were / würde aus demselben kurtzumb geschlossen werden / daß er Göttliche Natur habe/das ist/ daß er der einige GOTT selber sey.

8. (2.) Propositionis membrum impudenter satis negat Vorstius, de Deo pag 225. dicens: *ex eo, quod creatio alicui tribuitur, aeternitatem & divinitatem ejus non posse colligi.* Quod labascit, si scripturam attendimus. Illa enim creationis opus tanquam solius DEI proprium ubiq; describit. Gen. 1. v. 1. *In principio creavit Elohim caelum & terram.* Ex quo Mosaico effato tanquam ex fonte promanant ea, quæ ab alijs viris sanctis inspiratione Spiritus S. de hoc negotio fuerunt in literas missa Job. 9. v. 8. *Deus extendit caelos לברר Solus* Psal. 124. v. 8. Psal. 134. v. 3. *Jehova fecit caelum & terram.* Es. 44. v. 24. *Ego Jehova faciens omnia, extendens caelos לברר Solus ego.* Jer. 10. v. 11. *Dii qui non fecerunt caelum & terram, pereant de terra.* Act. 4. v. 24. *Tu es DEUS qui fecisti caelum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.*

9. (3.) quoque propositionis membrum evidens est. (a) ex dictis scripturæ Psalm. 49. 8. *Fratrem nullo modo redimere potest quisquam, non dare propitiationem ejus.* Est enim cara redemptio illorū vite, imo cessat in seculum. confer Esa. 35. 4. cap. 45. vers. 17. cap. 63. 3. cap. 59. v. 16. (b) ex hujus operis conditione. Ad redemptionem humani generis requirebatur expiatio pro totius mundi peccatis, & perfecta pro illis satisfactio, læsæ Divinæ majestati præstanda, ad istam expiationem atque satisfactionem requiritur virtus infinita & infiniti valoris λύτρωσις, cum infinita DEI Justitiæ, peccatis hominum gravissimè offensæ, finito aliquo λύτρωσις satisfieri non potuerit, unde etiam dicitur Act. 20. 28. *DEUS proprio suo Sanguine redemit Ecclesiam.* Ambros. lib. 1. de gent. vocat. cap. 3. *Quod in natura perit, non restituitur, nisi ab auctore Naturæ.* Ex quibus omnes ij, qui non obstinatè id operam dant, ut veritati in faciem contradicant, agnoscunt, verum esse id, quod nostri argumenti propositio proponit.

10. Jam Minorem quod attinet, illa etiam erit confirmanda. Eam siquidem Photiniani quod ad omnes ejus partes malitiosè negant

gant. Etenim (1.) satis impie defendunt, Christum æternum non esse, sed primam suam originem in matre Maria accepisse. Ostro-  
dus Inst. Germ. cap. 8. §. 1. Man soll aber wissen / daß in gantzer N.  
Schrift / nicht ein Orth kan gezeigt werden / in welchem auß-  
drücklich geschrieben / daß Christus oder Gottes Sohn von Ewig-  
keit gewesen sey.

11. Idem jam ante docuerat Photinus, de quo Augustinus scribit  
lib. de Hæres. ad quod vult Deum cap. 45. *Quod in omnibus Pauli Sa-  
mosateni secutus fuerit doctrinam.* Illam verò ibid. cap. 44. sic descri-  
bit, quod Paulus Samosatenus circiter annum Christi 370. docuerit,  
*Christum non semper fuisse, sed ejus initium, ex quo de Maria natus  
est, existere; nec eum aliquid amplius quam hominem esse.* Neque ve-  
ro primus hoc virus vomuit Paulus Samosatenus, verum ut ibidem  
Augustinus auctor est, *ista hæresis aliquando cujusdam Artemonij fuit,  
sed eum defecisset, instaurata est à Paulo. & postea sic à Photino confir-  
mata, ut Photiniani quã Pauliani celebrius nuncupentur.* Quin & Ar-  
temonius ab Ebione & Cerintho hanc hæresin accepit, contra quos  
Johannes suum scripsit Evangelium, ut constat ex Irenæi lib. 1. cap.  
25. 26. lib. 3. 11. lib. 4. cap. 59. Epiphaniij lib. 1. contr. hæres. tom. 2.  
hæres. 28. & 30. August. de Hæres. cap. 8. & 10. Gerhard. part. 1.  
disput. theol. pag. 994. Schlüsselburg. catal. Hæres. lib. 12.

12. Unde nulla injuria hos Christi blasphematores Ecclesiæ or-  
thodoxæ Doctores dicunt *Photinianos.*

13. Extremè autem falsum est, scripturam sacram nullibi doce-  
re, Christum esse æternum, sed contra, eum in tempore coepisse. Ex  
nostro textu, & aliis scripturæ locis, hoc damus argumentum:

*Quicumque fuit, antequam mundus exstiterit, ille est æternus.  
Atqui Christus fuit, antequam mundus exstiterit. E.  
Christus est æternus.*

Majorem negat Johan - Volkelius lib. 1. de ver. Relig. cap. 18.  
Ex dicti autem facile intelligitur, nos non arbitrari, perinde esse, ali-  
quid ante conditum mundum exstitisse, & ab omni æternitate exstitisse,  
neque id censuisse apparet eos ex veteribus Ecclesiæ doctoribus, qui An-  
gelos ante conditum mundum à DEO creatos fuisse statuerunt. Neque  
enim vel creationis ratio, vel ipsorum sententia patitur, ut creatura  
aliqua statuatur ab omni æternitate exstitisse. Consentaneum autem  
id esse

id esse, quod illi de angelorum creatione censuerunt, alibi (lib. 2. cap. 2.) in his libris docetur. Itaque non est necesse, ut quicquid ante conditum mundum à DEO factum decretumve est, id protinus ab omni aeternitate factum aut decretum esse statuatur. Enjedinus in cap. 8. Proverb. Potest aliquid esse ante mundi creationem, quod non est aeternum. Cum quibus faciunt Schmalz. cont. Franz. disp. i. pag. 12. & Vorstius tract. de DEO pag. 224.

14. Verum satis manifestum est, quod infallibile DEI verbum evidenter illis adversetur. Hoc enim, aeternitatem descripturum, hac descriptione utitur. Psal. 90. 2. *Quum nondum montes editi essent, aut formasset terram, orbemque habitabilem, denique inde à seculo, & usque in seculum tu DEUS fortis es.* Prov. 8. v. 24. *Quum nulla essent abyssi, edita eram, quum nulli erant fontes graves aquis v. 25. quum nondum factum esset, ut montes emergsi incumberent terrae, ante colles edita eram* & Matth. 25. v. 34. *Possidete regnum paratum vobis à jacto mundi fundamento* Eph. 1. v. 4. 2. Tim. 1. 9. *Sicut eligit nos in ipso, ante jactum mundi fundamentum, ut simus sancti & inculpatae in conspectu ejus cum ebaritate.* Ex quibus Scripturae locis apparet, in sacris ut *ἰοὺδὺν ἀμῆν* proponi, esse ab aeterno, & esse ante jacta mundi fundamenta.

15. Priusquam mundus exstitit, sive tum quando mundus nondum erat conditus, nihil fuit nisi DEUS aeternus. Qui nulli temporis fuit inclusus. Hoc hic dare libet argumentum.

*Omne id quod in tempore non capit illud est aeternum.*

Major haec nititur immediata oppositione aeterni & temporarii.

*Quicquid fuit, antequam caelum & terra crearentur, non capit in tempore.*

*E. Omne id, quod fuit antequam caelum & terra crearentur, est aeternum.*

16. Quod autem hic suspicantur quidam Angelos ante hexaemeron Mosaicum esse conditos, illud falsum est. (1) quia nulla nititur scriptura, (2) quia Scripturae contrariatur, quae testatur, Deum omnia intra sex dies creasse. Gen. 2. 7. Ex. 20. 11. (3) quia scriptura esse ante conditum mundum proponit, ut propriam aeternitatis descriptionem, & ut attributum DEO unice conveniens. Angelis igitur cum hoc tribui nequeat, manet eos, in hexaemero Mosaico fuisse

D

coa-



conditos. Quo autem die conditi sint, libenter fatemur id nos de-  
finire non posse, & sequimur hic modestiam Origines, qui ait in  
præfat. libr. πρὸς ῥωμ. circa finem: *Illud est in Ecclesiastica prædi-  
catione, esse Angelos DEI quosdam, & virtutes bonas, quæ ei ministrent  
ad salutem hominum consummandam, sed quando isti creati sint, &  
quomodo sint, non sat in manifesto distinguitur.* Vide Gerh. Col-  
leg. Ilagog. disp. 12. cap. 4. §. 5. quæst. 2. Chemnit. Loc. com. part. 1. de  
creat. cap. 5. pag. m. 137. Michael. Schneider. Angelologia sacræ artis.  
2. §. 10. pag. 20.

17. Minor ex scriptura constat. Apostolus enim noster de hoc  
nostro Restauratore testatur. (1) *quod fuerit ante principium.* (2) *quod  
sit vita æterna.* (3) *quod fuerit, ante conditum mundum apud Patrem.*  
quæ omnia hominem pium dubitare non sinunt de æternâ Christi  
existentiâ.

18. Socinus hic excipit, *per principium non intelligi principium  
creationis, sed renovationis ac reformationis cujusdam mundi, à DEO  
factæ.* Verum sine ullâ evidenti ratione hæc afferuntur, ideoq; nos  
haud movere potuerunt, ut, veritate relicta, falsis ejus somniis sub-  
scribamus. Probavimus enim in textus analysi, hic Apostolum re-  
spexisse ad locū & phrasin Mosis Gen. 1. v. 1. ac proinde illud de crea-  
tionis initio interpretandum esse, ex eo demonstravimus. Quum au-  
tem de Christo asseritur, eum jam tum fuisse, quando mundi machi-  
na fabricaretur, omnino etiam sequitur, eum jam tum fuisse, quan-  
do à Maria conciperetur, ac proinde æternam habere existentiam.

19. (2) *Per vitam æternam etiam Socinus intelligit gaudium cæ-  
leste, quod in Evangelio est manifestatum.* Sed & hæc falsa textus  
glossa est. Nam quod per *ζῶν τὴν αἰώνιον* intelligatur, non pio-  
rum post hanc mortalitatem status, sed subsistens persona, non gau-  
dium cæleste, sed gaudij cælestis dator & auctor, qui est Christus Je-  
sus, probat tum series textus, quia is, qui vocatur vita æterna, dici-  
tur v. 1. *ὁ υἱὸς τοῦ ζῶντος*, dicitur fuisse *ὁ πρὸς ῥωμ.*, dicitur ab Aposto-  
lis *visus & contractatus* v. 2. *vita illa dicitur manifestata* videlicet *in  
carne.* 1. Tim. 3. v. 16. dicitur *fuisse apud Patrem, videlicet in principio*  
Joh. 1. v. 1. & *nobis apparuisse, videlicet, quando verbum caro factum  
est, & habitavit in nobis* Joh. 1. 14.

20. Cùm

20. Cùm aliorum locorum collatio, Joh. 1. 4. cap. 11. v. 25. cap. 14. v. 6. cumprimis 1. Joh. 5. v. 20. ubi Filius DEI in abstracto dicitur *Vita*, quia in ipso est vita, non accidentalis, sed substantialis, & principium omnis vitæ. Ex his igitur colligimus, verum esse id, quod confitemur in symbolo Athanasii, Christus est *DEUS* *ὁν ἦν* *ἔως τῆς πατρὸς* ante secula genitus, conferatur Psal. 2. 9. Mich. 5. v. 2. prov. 8. 22. Joh. 1. v. 1. cap. 8. v. 58. cap. 17. v. 3. Col. 1. v. 15. Hebr. cap. 13. v. 8. Apoc. 1. v. 8.

21. Ex quarum piâ consideratione, mens Christum religiosè cõsiliens, tam certa esse potest, Christum, respectu divinæ naturæ, esse ab æterno, quàm certa est, Christum *in plenitudine temporis hominem de muliere esse natum*. Gal. 4. v. 4. Inquinamenta verò, quibus hæc præclara scripturæ testimonia hi Diaboli satellites conspurcant, vide alibi ab aliis fidelibus Ecclesiæ orthodoxæ Doctoribus absterfa.

22. (2) Assumptionis membrum non tantum in dubium hi maleferiati homines vocant, sed impudenter negant imo pernegant. Crellius lib. 1. de uno DEO Patre sect. 1. pag. 89. Neq̄<sub>3</sub> vero sacra litera uspiam Christo creationem cæli & terræ adscribunt, & cum creationem ei tribuunt, non modo de creatione novâ, seu certâ quadam reformatione rerum loquuntur, verum etiam nuspiam dicunt, ipsum filium creasse omnia, sed per ipsum aut in ipso esse creata omnia.

23. Quothic sunt apices ac lineæ, tot errorum monstra. (1) Crassissimum mendacium est, *Sacro Sanctum DEI verbum nuspiam Christo celi terræq̄<sub>2</sub> creationem tribuere*. Cape tibi hoc Crelli ex textu nostro aliisq; Scripturæ dictis argumentum:

*Quicumque dedit vitam naturalem omnibus, ille est rerum omnium, quæ vitam ducunt, creator.*

*Christus dedit vitam naturalem omnibus. E.*

*Christus est rerum omnium, quæ vitam ducunt, creator.*

24. Minor inde patet, quia Salvator noster dicitur vita in nostro textu: quæ appellatio ei competit, tum quod vitam in se habet essentialiter, tum quia omnibus viventibus vitam dedit: vide textus analysin. Fortissimè autem concluditur, Christum esse rerum omnium creatorem, si hæc adjunguntur Scripturæ dicta Gen. 1. v. 2. Ps. 33. 6. Joh. 1. v. 1. & 3. Col. 1. v. 16. Ap. 3. 14.

25. (2) Crassissimum etiam mendacium est quod Crellius asserit: *Cum creatio Christo tribuitur, tum scripturam loqui de creatione novâ, seu certâ quâdam rerum reformatione, in quo conspirantes habet socios Socin. Contr. Bellarm. cap. 3. arg. 3. pag. 91. Ostorod. part. 2. disp. Gem. cap. 4. pag. 101.*

26. Etenim (a) Id nullo argumento probat, nec probare poterit. Nam licet in sacris renovatio nonnunquam creatio dicatur, tamen non statim inde sequitur, quod omnia ea loca, quæ testantur, Christum coelum, terram, & omnia creasse, de novâ creatione sint interpretanda.

27. (b) Quando sacræ literæ Christo assignant creationis opus, tum illud ita describunt, ut impossibile sit, illud aliter interpretari, quam de primavâ cœli ac terræ creatione. Nam (1.) vocatur creatio absolutè, sine ulla limitatione aut additamento. Eph. 3. 9. Col. 1. v. 15. Ap. 3. v. 14. At quando de redemptione ac renovatione sermo est, tum appendicis loco adjicitur vox *καὶ*, aut aliud quoddam, huic non dissimile, additamentum. Gal. 6. 15. Eph. 4. v. 24. 28. (2.) Apponuntur particulæ & voces universalitatis, *ὅτι πάντες καὶ πάντα* Joh. 1. v. 3. Col. 1. v. 16. Eph. 3. 9. Hebr. 1. 3. Istæ autem locum habere nequeunt, ubi de secundâ creatione agitur. Nam creatio est opus *ἀπὸ τοῦ* universale. Non itè redemptionis atque renovationis. Aliàs enim hoc absurdum inde esset admittendum, DEUM hujus mundi, Satanam, esse redemptum, iniquos hostes veritatis, qui impiè sanguinem Christi conculcant pedibus, esse renovatos.

29. (3) Per elegantem *διαμερισμὸν* effectum creationis distribuitur in creaturas visibiles & invisibiles. Jam vero secunda creatio propriè loquendo non ad quasvis creaturas visibiles & invisibiles, in cœlo & in terra, se extendit, sed ad solos homines.

(4) Expresè additur exclusiva Joh. 1. v. 3. *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est.*

30. 3. Crassissimum mendacium est: *nusquam Filium in sacris dici omnia creasse, sed per ipsum creata esse omnia.* quo innuit, Christum quidem esse causam creationis, non autem primam, sed secundam, non efficientem principalem, sed instrumentalem. Quemadmodum illud explicant Socinus cont. Bell. cap. 5. class. 3.

arg.

arg. 13. pag. 337. Ostorodus Instit. German. cap. 11. §. 1. p. 1. Catech. Ra-  
covienfis. Volkelius lib. 5. de vera religione cap. 10.

31. (a) ubi benè notandum, exceptionem hanc ipsos mutuatos  
esse ab Arrianis, quod patet ex Athanasij serm. 3. contra Arrian. &  
Cyrillo lib. 1. in Johan. cap. 3. eandemque jam pios veteres solidè con-  
futasse, qui ex scriptura evicerunt, præpositionem *διὰ*, non tan-  
tum notare causam instrumentalem, sed etiam sæpè numero causam  
efficientem, & in posteriori significatione accipiendam esse, quan-  
do una de tribus Deitatis personis usurpetur: Athanasius de com-  
muni essentia Patr. Fil. & Spir. S. fol. 381. Basilius de Spir. S. cap. 1.  
tom. 2. fol. 160. ad 163.

32. Et ita sese rem habere deprehendimus ex sacro codice. DEO  
patri tribuitur vox *διὰ* 1. Cor. 1. v. 9. Gal. 1. v. 1. Hebr. 2. v. 10. Filio  
Rom. 11. v. 36. & alibi passim. Spiritui Sancto Rom. 5. v. 5. vide Sal.  
Glassij Philolog. Sac. lib. 3. tract. 6. can. 9. pag. 570. Balduini. ref.  
Catech. Arrian. pag. 255. Unde rectè docet Basilius, loco laudato:  
*Χριστὸς γὰρ Θεῶν δύναμις, καὶ Θεῶν σοφία, καὶ ἕτω πάντα δ' αὐτῷ  
ἔγένετο, καὶ πάντα δι' αὐτῷ καὶ εἰς αὐτὸν ἐκτίσθη, ἔκ ὀργανικὴν τινα, ἔδῃ  
θελικὴν ὑπηρεσίαν πληροῦντο, ἀλλὰ δημιουργικῶς, τὸ πατρικὸν  
ἐπιπλήντο* *Ἰελημα*. hoc est, Erasmo interprete. *Christus siquidem  
DEI virtus est, & DEI sapientia, & sic per ipsum omnia facta sunt,  
omniaq; per ipsum condita sunt, non quod instrumentali quodam ac  
servili ministerio fungatur: sed quod tanquam conditor paternam im-  
pleat voluntatem.* Et in cap. fine: *ἕτως ὁ λόγος πανταχοῦθεν ἐπι-  
δείκνυται ἀληθῆς, ὅτι τὸ διὰ τῷ υἱῷ δημιουργεῖν τὸν πατέρα. ἕτι  
ἀπελῆ τῷ πατρὸς τὴν δημιουργίαν συνίστησιν, ἕτι ἄτονον τῷ υἱῷ ὡρα-  
δηλοῖ τὴν ἐνέργειαν, ἀλλὰ τὸ ἠνώμενον τῷ Ἰεληματὶ περιεῖναι,  
ὥστε ἡ, δι' ἑ Φωνή, ὁμολογίαν τῆς θεοκαταρκτικῆς αἰτίας ἐπι κα-  
τηροῦσα τῷ ποιητικῆς αἰτίας ὡραλαμβάνεται, id est. Ita sermo  
undiquaque verax demonstrat, patrem creare per filium, ut nec patris  
imperfecta sit creatio, nec imbecilla Filij operatio, sed duorum unan-  
eandemque voluntatem declarat. Itaque hac vox, per quem, confes-  
sionem habet causa principalis, non autem sumitur ad infectationem  
ac reprehensionem causa efficientis.*

33. (b) Notandum, ne quis ex hac loquendi formulâ, inæquali-

D 3

tatem

tatem potentia, diversitatemve in modo agendi sibi imaginetur, ideo Jesum non tantum expressè dicere Joh. 5. v. 19. *Quæ Pater facit, etiam ego facio*, sed insuper etiam literas sacras Salvatore nostro tribuere creationem in casu recto, Psal. 102. v. 26. *Tu Domine fundasti terram*, quod ad Christum accommodat Epistola ad Hebræos cap. 1. v. 10. Prov. 8. v. 29. 30. *Quando ponebat fundamenta terræ, IYDN IYDN IYDN* id est. *Et eram apud eum nutricius*, ut eleganter R. Levi reddit vocem IYDN, quasi sapientia in creatione fuerit nutrix, omnia dirigens & gubernans, Apoc. 4. v. ult. *Tu creasti omnia & propter voluntatem tuam sunt, & creata sunt*. Ergo

34. (2) Notandum, quod sapius dicitur PER Filium esse omnia condita, quam à Filio, non malè creditur id factum, ut indicaretur ordo & distinctio personarum Trinitatis, non autem ut aliqua inæqualitas significaretur. Vid Alb. Grawer, exam, Sophisticationum Photinian, pag. 15.

35. (3) Tandem, Assumptionis membrum qui à scripturâ confirmetur, audiamus. Inter alias causas, cur Christus vita dicatur, hæc est, quia nobis vitam dedit Spiritualem, suâ morte nos redemit ac mortem abolevit, *vitam autem in lucem produxit ac immortalitatem per Evangelium* 2. Tim. 1. 10. Et Heb. 1. v. 3. dicitur *purgationem peccatorum nostrorum fecisse deus etiam per ipsum*: quod solius istius magni DEI proprium est, ut patet ex Esa. 43. v. 25. *Ego ego sum qui deleo defectiones tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordor*. Albo etiam hic notandum lapillo, quod dicitur Act. 20. 28. *DEUS suo proprio sanguine Ecclesiam redemit*: cum quo coincidit id, quando Johannes in mox sequentibus ait: *quod sanguis emundans nos ab omni peccato sit sanguis filij DEI*. Nostrorum igitur peccatorum purgationem Christus quod præstavit per seipsum, virtute propria, per proprium sanguinem, inde est, quia in personæ unitate est verus & essentialis DEUS, cui personaliter erat proprius ille sanguis, quem pro nobis largiter in crucis patibulo effudit.

36. Concludimus igitur ex 1. Joh. 5. v. 20. *Scimus autem, quod Filius DEI venit, & dedit nobis mentem, ut cognoscamus illum, qui verus est: & sumus in vero, in Filio ejus Jesu Christo: hic (Christus) est verus DEUS, & vita eterna.*

III. An

### III. *An Filius in essentiâ divinâ sit distinctus à patre persona*?

Noëtus, Sabellius, Praxeas, id negarunt, docueruntq; unam tantum in Divinitate esse Personam, quæ nonnunquam Pater, nonnunquam Filius, nonnunquam Spiritus Sanctus, pro muneris ratione, appelletur, quorum Ecclesiam, cum D. Johanne, jure Synagogam Satanæ appellare possumus, Ap. 2. 9. Epiph. hares. 42. pag. 230. Theophilact. in cap. 1. Joh. Wigand; lib. de DEO art. 7. qui existat in Contr. Schlüssel. Catalog. Hæret. lib. 11. pag. 509. Mentzer. ex egef. Aug. Conf. art. 1. cap 5. § 40.

2. Crassus hic error est, qui originem suam Simoni Mago debet, quem ita ex scripturâ refellere possumus.

*Quicumq; est apud alium, ille distinctus est ab eo, apud quem est.*

*Atqui Filius est apud alium, (qui est Pater.)*

*E. Filius distinctus est ab eo, apud quem est, (qui est Pater.)*

3. Illud enim *ωσς*, uti significat adhæSIONem, ita etiam necessario significat aliquam distinctionem inter illum, qui adharet, & inter illum, cui adhæretur.

4. Non autem inter Patrem & Filium est (1) *distinctio essentialis*, nam ambo sunt unius ejusdemq; naturæ, Pater est verus DEUS, & Filius est verus DEUS, quod evicimus. Ergo (2) erit *distinctio personalis*. Theophilactus in comment. super Evang. Johan. cap. 1. *Νόες δέ μοι καὶ Σαβέλλιον τὸν λύβην ἐκ τῶν τῶν ῥητῶν ἀνατρεπόμενον. ἐκείνῳ γὰρ ἐδογματίζεν, ὅτι ὁ πατήρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα, ἐν ὁμοιωσίν εἰσι, καὶ τῶτο ὁ ἐν ὁμοιωσίν, ποτὲ μὲν ἐφάνη ὡς πατήρ, ποτὲ δὲ ὡς υἱὸς, ποτὲ δὲ ὡς πνεῦμα. ταῦτα ἐφλυάρει ὁ τῶν πατέρων τῶ ψεύδους υἱὸς, καὶ τῶ πονηρῶς πλῆρης πνεύματι ἐλέγχεται δὲ σαφανῶς ἐκ τῶν λέγων δὴ τῶ, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν. Σαφές τε γὰρ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐν ταῦθα λέγει, ἄλλοι εἶναι τὸν λόγον, καὶ ἄλλοι τὸν θεόν ἢ τοὺς πατέρας. ἐπεὶ γὰρ ὁ λόγος ἦν σὺν τῷ θεῷ, πρὸδηλον ὅτι δύο ὁμοιωσίν εἰσὶ γινώσκων εἰ καὶ μία φύσις τῶτοις ποῖς δυοῖν* id est. Attende & Sabellium Lyben hoc dicto confutari. Ille enim docuit, quod Pater, Filius, Spiritus, una persona sunt. Et quod unica illa

*ista persona apparuerit, aliquando ut Pater, interdum ut Filius, non-  
nunquam ut Spiritus Sanctus. Hac nugatur mendacii patris filius, ma-  
lignus, Spiritu plenus: Arguitur autem manifestè ex hoc quod dicitur  
& illud verbum erat apud DEUM. Manifestissime enim Evangelista hoc  
loco alium dicit esse Verbum, & alium DEUM, hoc est, Patrem. Nam  
quia Verbum erat apud DEUM, manifestum, quod due persone intro-  
ducantur, etiamsi una natura in hijs duobus.*

5. Quam Patris & Filij distinctionem etiam docent. (2.) hæc  
verba: *Vita manifestata est*, quod planè idem est, quod in cap. i. v. 14.  
Evangelij ab Evangelista dicitur: *Verbum caro factum est*, & i. Ti-  
moth. 3. v. 16. *DEUS manifestatus est in carne*. Carnem autem assum-  
sit, non prima Divinitatis persona, sed secunda, quæ Filius.

6. Omnium autem maximè hanc distinctam Filij personalita-  
tem evincunt augustissimæ istæ appositiones, in quibus, Pater, Filius  
& Spiritus S. distinctè sunt visi & auditi, inter quas præstantissimæ,  
quæ factæ sunt in Jordane & monte Thabor. Matth. 3. v. 16. 17. Mar-  
t. i. v. 10. Luc. 3. v. 21. Matth. 17. v. 5.

#### *IV. An Christus sit verus, perfectus & naturalis homo?*

Veritatem humanæ naturæ olim pertinaciter impugnaverunt,  
Marcion, Saturnius, Basilides & Manes, sædoq; ore docuerunt, Chri-  
stum non ὄντως sed κατὰ δόξαν dici hominem, non assumpsisse ve-  
ram humanam naturam, sed Phantasma hominis & speciem tan-  
tum corporis externam, Irenæus lib. 1. cap. 22. Epiphanius lib. 1. cont.  
Hæres. 24. Augustinus lib. de Hæresib. cap. 21. cap. 46.

2. Superioribus temporibus hanc impietatem ex Styge revoca-  
runt Anabaptistæ, Swencofeldiani, & Methistæ. Isti vero hæretici,  
qui pronuper suberbire, nomine Theosophorum, cæperunt, hoc vi-  
rus ante paucos annos Hamburgi, Lubecæ, & in Holsatia, vicissim  
nefariè spargere & incrustare, tentarunt.

3. Horum libri cum non sint in omnium manu, ne injuriam  
ipsis facere videar, unum atq; alterum testimonium, ex illis deprom-  
tum, huc transcribere necessum habeo. In germanico quodam  
scripto, cui titulum esse voluit auctor: *Das Geheimnus von dem  
Tempel des HERREN/ in seinem Vorhoff/ Heiligen/ vnd Aller-  
hei-*

heiligsten / in drey vnterschiedenen Theilen / offenbarer in diesem  
Büchlein / zum wahren Erkentnuß des grossen Geheimnis *De-*  
*tes* / Christi vnd seines Geistes. &c. *Nominibus Auctoris, lociq;*  
*impressionis, subpressis, Anno 1631. Im Vorhoff cap. 7. pag. 35. di-*  
*uulgato, hæc habentur verba: der allgemeine / grosse / vnd bisher*  
*vnerkante Wieder-Christ / der gesampren Secctirischen Babel / lehret*  
*von Christo / daß er ein Adamisches / Irdisches vnd Menschliches /*  
*vnfriges Fleisch vnd Blut angenommen habe / annoch habe vnd be-*  
*halten werde* Cap. 3. pag. 62 63. Christus ist nicht ein Irdischer / Ani-  
malischer vnd fleischlicher Mensch / wie der erster Adam / vñ sein Leib  
ist nicht mit Händen gemacht / gleich wie vnser. Im Allerheiligsten  
Cap. 10. pag. 165. 166. Wann man der vernüfftigen Animalischheit  
von dem allerheiligsten Fleisch Christi saget / so meine sie / es sey  
ein solches Fleisch / wie ihr eignes Fleisch ist / dannenhero sie dann  
auch ihr eignes Fleisch in den Tempel Gottes an die heilige Stät  
setzet / vnd giebet für / es sey *Got* / beteres an für ihren Heyland /  
vnd machet darumb ein solch Leibhafftigkeit / in welcher die gan-  
ze Fülle der Gottheit leibhafftig wohnen soll: Vnd im Spiegel der  
Weisheit vnd Wahrheit / *qui liber produit pariter sine nomine Au-*  
*ctoris & Typographi, Anno 1632. cap. 4. pag. 112. Christus ist ein*  
*Himlischer Mensch / vnd zwar ein Sohn Davids / nach der Gestalt*  
*des Fleisches der Sünden / nicht aber auch nach dem Wesen.*

4. *Sed crassus satis hic error est. Manifestum enim est, Chri-*  
*stum venisse sub specie carni peccato obnoxia Rom. 8. v. 3. hoc est,*  
*formam servi assumpsit, in similitudine hominum constitutus, & figura*  
*reperitus at homo Phil. 2. v. 7. tentatus per omnia juxta similitudinem*  
*absq; peccato Heb. 4. v. 15. Summatim, in omnibus similis factus*  
*fuit cæteris hominibus, solo peccato, cujus nunquam factus est par-*  
*ticeps, excepto.*

5. *Omnes etiam uno ore confitemur, non secundum naturæ*  
*cursum, sed sine virili semine, Spiritus S. virtute, à matre Maria Vir-*  
*gine conceptum & natum esse. Luc. 1. v. 34. Unde etiam Christus*  
*in eo significatu, quo dicitur, quod nos caro de carne Joh. 3. v. 6.*  
*id est peccatores Psal. 51. 7. nascamur, non est caro, hoc est, non ha-*  
*bet corpus atq; carnem humanam peccatis pollutam, sed est san-*

E

ctus



cius & segregatus ad omni iniquitate. Et. 53. 9. 1. Pet. 2. 12. Hebr. f. 2. cap. 7. 16. 2. Cor. 5. v. ult.

6. Quod autem ejus essentiam & substantiam concernit, in Christo est vera, integra & perfecta natura humana, quæ est in omnibus eis, qui Adamo primam suam debent originem. Id autem, tum contra veteres, tum recentiores Hæreticos, hoc obtinebimus argumento:

*Cuiusq. verè & propriè tribuuntur essentielles hominis partes, ut sunt anima rationalis, & corpus, ille verus est homo. Major per se constat.*

*Atqui Christo tribuuntur verè & propriè essentielles hominis partes, ut sunt anima rationalis & corpus.*

*E. Christus est verus homo.*

7. Minorem perspicuis scripturæ dictis probamus (1) quod habeat animam rationalem, docetur Matth. 20. 28. cap. 26. 28. cap. 27. 50. Luc. 23. v. 46. Joh. 10. v. 15. 17. 18. cap. 12. v. 27. Act. 2. v. 27. 1. Joh. 3. v. 16. Hinc Christo tribuitur scientia, intelligentia, sapientia, voluntas, electio &c. Et. 7. 15. cap. 9. 6. Luc. 2. ver. ult. Joh. 13. 28. Unde etiam de ipso, in nostro textu, testatur Johannes, quod Apostoli ipsum, docentem audiverint, & alibi scriptura testatur, quod alios docuerit revelans Evangelij mysterium. Joh. 1. 18. Matth. 9.

8. (2) De corpore ejus clarè testatur scriptura Matth. 26. v. 26. Luc. 22. 19. Joh. 2. v. 22. cap. 19. 38. Rom. 9. v. 5. Heb. 2. v. 14. Thomæ ostendit essentiale verumq; suum corpus, & ait: *Infer digitum tuum, & vide manus meas, & admove manum tuam, & immitte in lacum meum, & noli esse incredulus, sed credens.* Joh. 20. v. 27. Et Luca 24. v. 39. discipulos ita alloquitur: *Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum, contrectate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.* Ad quæ, sine dubio, Apostolus respexit, quando in Epistola dicit, Christum manibus à suis discipulis esse palpatum.

9. Concludimus igitur ex Irenæi lib. 5. cap. 13. *Si quis secundum hoc alteram dicit Domini carnem à nostrâ carne, quoniam illa non peccavit, nos a peccatores, rectè dicit: Si autem alteram substantiam Domino affingit, jam non constabit illi reconciliationis sermo. Sicut autem scriptum hominem Diabolus decipiendo percussit, ita DEUS totum suscipiend*

piendo *salvavit*: Fulgent. lib. 1. ad Trannmund. pag. 251. Gerhardus  
Exegel. L. C. pag. 1199. seq. Wigand. in Anabaptif. Vrban. Regius  
cont. Anabapt. *Auffführlicher Bericht* Reverendi Ministerij Lube-  
cent. Hamburg. & Luneburg. pag. 303.

V. *An dua natura, divina scilicet & humana,  
in Christo verè & realiter sint unita?*

Photiniani unionem duarum in Christo naturarum irrident &  
horribili audaciâ Scripturæ testimonia, quæ de hoc summo unio-  
nis mysterio testantur, in alienum sensum violenter detorquent.  
Id inde est, quia Christum pro nudo habent homine, & non pro eo,  
qui naturâ DEUS est.

2. Verum validissimè hi versus, doctrinam de hypostatica uni-  
one & copulatione diversissimarum naturarum, divinæ & huma-  
næ, in Christo confirmant. Sunt enim hæ duæ naturæ tantâ &  
tam summa & intima *κοινωνία* inter se copulatæ, ut per illam dicat  
Apostolus, se ipsum sermonem vitæ, imo vitam æternam, (quo no-  
mine per Metalepsin ipsum Filium DEI, auctorem & datorem vitæ  
æternæ appellati, superius demonstravimus) suis conspexisse oculis,  
& contrectasse manibus. Etsi enim tangi & videri folius humani-  
tatis in Christo sunt propria, hujus tamen ineffabilis ratione fit, ut  
nec tangi nec videri caro possit, quin protenus eo ipso tangatur &  
videatur ipse *ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ* Filius DEI.

3. Hinc Paulus inquit, *DEUM manifestatum esse in carne*. 1. Tim.  
3. v. 16. *ipsum Dominum gloria crucifixum*. 1. Cor. 2. v. 8. & Petrus, *Prin-*  
*cipem vitæ occisum* Act. 3. v. 15. perhibet.

4. Hanc ergo naturarum *κοινωνίαν* & personalem unionem  
solvunt & illi, qui unionem definiunt *per nudam adjunctionem*. Da-  
næus in exam. cont. Chemnit. p. 84. Martin. exam. Spic. con-  
tra D. Mentz pag. 49. qui eandem definiunt *per nudam gestationem*  
& *sustentationem carnis in ὄγχοις τοῦ σώματος*. Beza in colloq. Mompelg.  
pag. 745. Martyr. in Dialog fol. 10. qui negant *κοινωνίαν* communi-  
cationem. Alsted. in Theolog. Polem. pag. 155. Wendl. lib. 1.  
Christ. Theol. cap. 16. qui asserunt, *totum ὁσόν ἴσα esse in carne, ut*  
*opiam sit totus extra carnem*. Zanchius 2. de Nat. DEI cap. 6. Wen-  
delius

ut minus uero loco, quod supra aduata incipitur ibi per communicationem idiomatum verbalem siue logicam, vel per ἀλλόωσις, aut etiam per hyperbolen, docent esse intelligenda. Vid. Gerhard. Colleg. Isagog. disp. 9. cap. 7. §. 38. Hunnius in comment. ad cap. 1. Epist. Joh. par. 1. Loc. com. 11.

## VI. An Vita aeterna in Veteri Testamento fuerit promissa?

Negat id Socinus: qui in commentario suo ad v. 2. 1. cap. Epist. Johannis ita scribit: *Quibus verbis (Vita aeterna erat apud Patrem & manifestata est nobis) rationem reddit, cur dicat, se illam (vitam aeternam, per quam intelligit gaudium caeleste) annunciare; quia scilicet antehac esset res non patefacta, sed tantum ipsi DEO nota, qui illam homines sibi obedientes donare decreverat. Unde satis constat, quemadmodum & ex aliis locis similibus, qui inferius in eadem Epistola habentur, vitam aeternam non fuisse in Veteri Testamento patefactam seu promissam.*

2. Clarius illud docet in lib. Suasorio, quod Evang. se Photinianorum cœtui adungere debeant. pag. 63. *Credunt Evangelicorum magistri, vitam aeternam non primum ac demum in novo fœdere, sed antea quoque, in vetere fuisse promissam, & ex ipso DEI promisso à fidelibus ejus temporis expectatam, quo vix quicquam in veniri potest. divinis testimoniis & oraculo magis contrarium. In illis siquidem, vita aeterna à DEO hominibus ipsi & populo suo promissa, pro eo tempore, quod Christi adventum præcessit, nulla prorsus fit aperta mentio; sic ut apertissime commemoratur atque inculcatur, vitam aeternam per Jesum Christum à DEO fuisse promissam, & per ejus Evangelium hominibus patefactam, cum ea prius apud DEUM lateat 1. Joh. 1, 2, 2. Timoth. 1. v. 10. Hebr. 8. 6. Veruntamen, ne sit nihilominus qui arbitretur, non habituros aeternam vitam eos, qui fideles ante Christi adventum fuerint, quamvis illis non fuerit à DEO promissa. Nihil enim impedit quominus DEUS multo plus det quam promissit.*

3. Verum mendacium est (1.) Quod dicit, hoc nostrum fidei dogma, quo docemus, vitam aeternam etiam Pios in V. Testamento ex promissione sperasse, esse ἀγχαρον, nulloq; scripturae testimonio roborari posse.

4. Con-

4. Contrarium inquit ex scriptura (1) veteris testamenti ex quo multa dari possunt argumenta, sed unicus nobis hinc sufficiat locus. Dan. 12. v. 1. *In tempore illo evadet, vel salvabitur populus tuus omnis, qui inventus fuerit scriptus in libro, quod versu 2. & 3. fusius hoc modo explicatur. Et multi de his qui dormiunt in terra pulvere evigilabunt, alij in vitam aeternam & alij in opprobrium. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad justitiam erudierunt multos, quasi stelle in perpetuitates aeternitatu.* Quo loco quid clarius esse possit non video. Audimus enim in illo mentionem fieri (1) libri, qui est liber vitae, (2) vitae aeternae quod ad ipsos apices. (3) Salutis eorum, quorum nomina in hoc vitae libro sunt scripta. (4) gloriae, qua coronabuntur iusti & in fide finaliter perseverantes. Ex quibus ita infallibiliter concludimus.

*Quicquid Pius in Veteri Testamento claris & perspicuis scriptura verbis promittitur, illud omnino in V. T. fuit patet factum.*

*Atqui salus, vita aeterna, caelestis gloria piis, qui sunt scripti in libro vitae, in V. T. claris & perspicuis scripturae verbis promittitur. E.*

*Salus, Vita aeterna, caelestis gloria piis, qui sunt scripti in libro vitae, omnino in V. T. fuere patet facta.*

5. (2) Ex scriptura N. T. Quid clarius dicto Salvatoris Joh. 5. v. 39. *Scrutamini scripturas, quia vos existimatis in ipsis vitam aeternam habere, & illae sunt quae testimonium perhibent de me.* Nullum dubium est quin hic de scriptis V. T. sermo sit: illo enim tempore, quando magnus ille *Propheta* Deut. 18. 18. cui est *erudita lingua.* Esa. 50. v. 4. haec protulit, nulla alia exstabat Scriptura.

6. Has scrutari jubet. In Graeco est ἐρευνᾶτε, quod est verbum emphaticum. Siquidem Christus ἐρευνᾶν vocat diligentem, attentam, abstrusorum inquisitionem de Scriptura Sancta, inquit Athanasius Tom. 2. pag. 248. Non dixit, legite Scripturas, sed scrutamini, divina enim summa indigent diligentia ait Chrysostomus Tom. 3. Hom. 40. super cap. 5. Johan. Hinc non desunt, qui ἐρευνᾶν componi putant ex ἐρεῖν vel ἐρεῖν & εὐρηῖν. Nam qui ἐρευνᾶ, in ea qua

accipimus cum Athanasio, Chrystostomo, Theophylacto, Luthero,  
quia nec grammaticæ, nec textui repugnat.

7. Causas autem, cur ita cum diligentia Judæi scripturas V. T.  
scrutari debeant, subjungit, videlicet, 1. *quia putatū vos in ipsis vi-*  
*tam æternam habere.* Vox *δοξεῖν* hic nequaquam notat vanè, falsò  
putare, sed verè & rectè sentire, & censere, sicut & sumitur Luc. i. v. 3.  
Act. 15. v. 28. I. Cor. 7. v. 40. Verè enim arbitrabantur Judæi, se  
vitam æternam, cœlestemq; gloriam assequendi viam in ea mani-  
festatam habere.

8. Nam in sacris est vita æterna (a) Non localiter, naturaliter,  
habitualiter, in hæsiuè, sicut unguentum est in pixide, vel vinum in  
dolio, vel virtus in anima. Nec (b) *Metonymicè*, mereq; significati-  
vè, quasi illæ tantummodo significant & præfigurent vitam æter-  
nam, instar statuæ mercurialis, quæ viatori viam monstrat in bi-  
viis aut triviis. (c) Nec *merè objectivè*, quemadmodum objecta  
movent sensus, color visum, & sonus auditum. Nec (d) *essentiali-*  
*ter*, ut Filius DEI est vita æterna. Nec (e) *Meritorie*, sicut Christus  
nobis promeritus est vitam æternam, quæ in ipso esse dicitur. 1. Joh.  
5. v. 11.

9. Verum *Indicativè & demonstrativè*; non ut statua Mercuria-  
lis, quæ peregrinantibus rectam indicat viam, sed efficaciter. Nam  
est vivum verbum. Hebr. 4. 12. proindeque ipsa, ceu vivum & effi-  
cax organon, divinam nobis viam pacis Luc. i. v. 79. Rom. 3. v. 17.  
demonstrat atque explanat. 2. *δετιμῶς dativè & exhibitivè* quia dant  
*ἡμῶν σωτηρίας.* Luc. i. v. 77. Joh. 17. 20.

10. (2.) Qui testantur de Christo. Christo enim omnes Prophe-  
tæ testimonium ferunt, quod remissionem peccatorum acceptu-  
rus sit per nomen ejus, quisquis crediderit in eum. Act. 10. v. 43. Psal.  
40. v. 10. Heb. 10. 7. Luc. 24. 44. Apoc. 19. v. 10. inde Hieronymus  
Epist. ad Algas. q. 11. Christum vocat *omnium scripturarum caput.* &  
Augustinus tract. 9. in Joh. *Non sapit vetus scriptura nisi Christus in*  
*ea intelligatur.* Ex quibus ita infero.

*Quicquid de Scriptura V. T. Christus testatur, id sine con-*  
*tradictione verum est.* Nam Christus mentiri nequit.

*Atqui*

*Atqui, quod p̄ in V. T. habuerint revelationem & promissionem vitæ æternæ, de Scriptura Veteris Testamenti Christus testatur, E.*

*Quod p̄ in V. T. habuerint revelationem atque promissionem vitæ æternæ, sine contradictione est verum.*

11. Mendacium quoq; turpe est (1) quando ait: Nostram sententiam esse ἀντίθετον & Scripturæ contrariam. Loca, quibus arbitratur se id obtinere posse, illud nunquam probabunt.

12. Etenim (α) quod I. Joh. 1. v. 2. concernit (1) superius demonstravimus, in illo non agi de piorum statu, sed de persona, non de beatitudine æterna, sed de hujus beatitudinis datore Christo. (2) Et si daremus, hac vitâ non Christum, sed beatissimam beatorum conditionem propter Christum ipsis promissam venire, nondum tamen inde evictum esset, vitam æternam in V. T. non fuisse revelatam & promissam. Inde enim atq; ideo in exhibitione Christi promissi dicitur nobis oblata vitæ æternæ, quia tum *appropinquavit regnum cælorum* Matth. 3. v. 2. *salus tunc nobis facta est prior quam cum speraremus.* Rom. 13. v. 11.

13. (β) Nec id docet Apostolus I. Joh. 2. v. 25. hic enim inquit: *Hæc est repromissio, quâ ipse pollicitus est nobis vitam æternam.* in quibus verbis Apostolus rationem reddit, cur fideles constanter perseverare debeant in veritate & pietate, quia videlicet ipsis repromissa vitæ æternæ; Quæ autem est consequentia?

*Promittitur in N. Testamento in fide & pietate perseverantibus vitæ æternæ.*

*E. Vitæ æternæ piis in V. T. non fuit promissa.*

14. Non negamus in N. T. pios hanc suæ pietatis atq; fidei habere promissionem, si fideles permanerint, quod debeant occupare regnum cælorum, evidenter satis id hic ipse locus probat. Sed negamus & pernegamus inde concludi posse: In Veteri Testamento DEUM sincerè colentibus non fuisse revelatam atq; promissam, vitæ æternæ donationem & possessionem. Etenim ab inclusivâ ad exclusivam non valet consequentia. Invertimus hoc argumentum & ita arguimus.

*Vitæ æternæ in N. T. est promissa.*

*E. etiam in fœdere antiquo.*

Con.

Consecutionis ratio est, quia *Christus Jesus idem est heri & bodie, & in secula* Heb. 13. v. 8. Paulus nihil docuit in N. Testam. *extra ea, quæ locuti sunt Prophetæ futura esse & Moses* Act. 26. v. 22.

15. (γ) Et Paulus quando docet: quod *Christus mortem abolevit, vitam autem in lucem produxit ac immortalitatem per Evangelium* 2. Tim. 1. v. 10. id nihil juvat Socinum. Nam primo hæc non esse intelligenda de *primavâ vitæ æternæ promissione*, patet ex ipso textu. Nam vox græca *Φωτισειν*, quæ respondet Hebræo *רָאָה*, non significat simpliciter promittere, sed clarissimè manifestare, ut corrusci solis luminis instar luceat. Illud fuit etiam in Veteri Testamento, hoc tantum in Novo.

16. Deinde persuasi sumus, hic non tam de *primavâ vitæ æternæ patefactione* agi, quam de ejus *acquisitione & applicatione*. Christus enim morte suâ mortem æternam abolevit, & per sanctum suum meritum vitam reduxit, & per Evangelium id clariùs mundo aperuit. Deducit ita nos Apostolus ad opus creationis, per verbum *Φωτισω*, ut innuat, Christum eadem virtute mortem abolevisse, ac vitam incorruptibilem promeruisse, & credentibus conferre, quâ olim lucem ex tenebris produxit.

17. (δ) Frustra etiam in hujus erroris patrocinium vocatur Hebr. 8. v. 6. Nam Novum fœdus ideo dicitur *melioribus promissionibus sancitum*, ac proinde *ἡ κρείττων διαθήκη* appellatur. (1) Quia istæ promissiones ab ipso Christo immediate sunt annuntiatae. Quantum jam Christus est præstantior mediatoribus & sacerdotibus veteris Testamenti, tanto etiam sunt præstantiores promissiones N. Testamenti, ut quæ ab ipso sunt datae. (2) Quia dilucidiores sunt. Pactum primum figurabat ritibus Leviticis, quæ ad salutem spectabant, & credentes ad Christum venturum remittebant. Novum vero fœdus non habet umbras, nec figuras, sed ipsum corpus Hebr. 10. v. 1. & proinde sole meridiano clariùs lucet. (3) Quia promissiones legis scriptæ pertinebant tantum ad populum Judæicum, at promissiones Evangelicæ indiscriminatim ad omnes. Joh. Cammero Myrot. Evang. pag. 329. (4) Tandem quia conditio legis est, *FAC HOC & VIVES*, promittit quidem ita V. T. Vitam æternam, sed cum conditione perfectæ obedientiæ. Hæc autem in hujus vitæ infirmitate

inimicitia impuenter ea imponimus, nec vires obervanda præcepta  
Lex promittit, nec donat, sed tantum peccatum atq; miseriam mon-  
strat. Novum autem promittit gratuitam peccatorum remissio-  
nem, & vitam æternam, sine ullâ perfectâ legis impletionem, omnibus  
iis, qui acta poenitentia in Christum credunt: promittit donatio-  
nem Spiritus S. legem in corda nostra scribentis, quam Lex dare ne-  
quibat. Quæ expositio omnium est tutissima, ut quam ipse textus  
vers. 8. 9. 10. 11. ex. Jer. 31. v. 31. suppeditat.

18. Absurdus autem esset, qui ex hac Testamentorum collatio-  
ne concludere vellet, Pii in Veteri Testamento nullam factam esse  
promissionem de vita æterna. Contrarium enim ex illo liquet. Nam  
Fac hoc & vives, inquit Christus, Luc. 10. v. 28.

19. III. Frivolum hinc est quod tandem addit Socinus, *non esse  
putandum, non habituros æternam vitam eos, qui fideles ante Christi  
adventum fuerunt, quamvis illis non fuerit promissa. Nihil enim im-  
pedire, quo minus DEUS multo plus det, quam promissit.* Argumenta  
siquidem hactenus allata evincunt, non absq; promissione in verbo  
revelata, vitam æternam credentibus sub tempore V. T. præter  
expectationem obtigisse, sed promissionem ipsis in verbo fuisse  
datam.

20. Et hæc revelatio omninò fuit necessaria, ut in durissimis  
hujus vitæ adversitatibus, cum primis in extremo mortis agone, sese  
iis erigere & sustentare possent. Et testantur sanctorum exempla,  
ipsis has promissiones, ingruentibus malis, magna solatia dedisse.  
Et proinde ipsis ignota esse nequiverunt. vide Gen. 49. 18. Job. 19.  
v. 26. Psal. 17. v. ult. Heb. 11. v. 14. 16. Ex quib. concludimus.

*Fides & verba promissionis sunt relata,*

*Jam verò in Patriarchis & omnibus Sanctis V. T. locum  
habet fides & spes salutis æternæ.*

*E. Eadem in verbis ipsis fuit Promissa.*

Plura de hac quæstione vide apud Dn. D. Gerhardum L. C. tom. 9. de  
vita æterna. cap. 2. §. 30. pag. 775. Dn. D. Meisner. Theolog. Photin.  
confid. cap. 5. artic. 7. pag. 783. seq. D. D. Balduin. Refut. Catech.  
Arrian. cap. 5. pag. 359. seqq.

F

VII. An



*VII. An etiam Philosophi Ethnici, cum r̄s & ȳs passim  
mentionem fecerint, filium DEI salvificè cognoverint?*

Sunt inter priscos pariter & recentiores, qui opinantur, quosdam Philosophorum Ethnicorum Christi cognitionem habuisse: Sunt etiam inter hujus seculi scriptores, qui arbitrati fuerunt, Philosophos istos hac Christi notitiâ salvatos fuisse:

2. Theobaldus Tammerus, in libris Moguntiz excussis, id multis probare nititur. Potissimum vero hæc urget argumenta. *Sapientia DEI nota fuit gentibus. Christus est sapientia DEI. E. Christus notus fuit gentibus. Item: Potentia DEI nota fuit gentibus. Christus est Potentia DEI E. Notus fuit gentib.*

3. Sed Resp. distinguendo 1. *inter notitiâ Christi aliqualem, & distinctam.* Hanc ullum Ethnicorum habuisse difficile erit probatu. Nobis dubium nullum est, veram & perfectam Christi notitiâ non nisi ex solo DEI verbo hauriri atq, haberi posse. Illa enim est *quæ de Christo testatur Joh. 5. v. 39. Psal. 408.*

4. Verùm hoc salvifico DEI verbo Ethnici partim fuere destituti, partim non credidere, quæ in eo sunt manifestata, quâ igitur ad veram & perfectam Christi notitiâ pervenire potuerunt? Mirificè autem hic probamus, quod Chrysostomus scribit Hom. 7. in Joh. *Quemadmodum hi, qui in Euripo sunt, buc illuc jactantur: itidem Philosophi nunquam sibi constant, utpote incerta & fragili sententiâ omnia loquuntur. Verum hic Piscator (Johannes) omnia absq, ulla dubitatione differens, tanquam petra innixus, nulla ex parte titubat.*

5. Confusam autem, & aliqualem de Christo notitiâ, quosdam Philosophorum inter Ethnicos habuisse, etiam tum, cum nondum incarnatus fuerat, negare nollem. Id enim ab antiquissimis scriptoribus attestatum manifestè videmus.

6. Lactantius, quarti post Christum natum seculi, scriptor libri 4. de sapient. cap 9. inquit: *Verbum divinum nec Philosophi ignorabant, siquidem Zeno naturæ dispositeorem atq, opificem universalitatu r̄ȳs prædicat: quem & fatum & necessitatem rerum, & DEUM & animam Jovis nuncupat, eâ scilicet consuetudine, quâ solent Jovem pro DEO accipere &c.* Et post pauca: *Trimegistus, qui virtutem penes universam, nescio quomodo, investigaverit, virtutem, majestatemq, verbi sæpè describit.*

7. Et

7. Et de Mercurio ita testatur Augustinus lib. 5. Hæres. cap. 3. tom. 6. fol. 36. *Scriptus Mercurius librum, qui λόγος τέλει, id est, verbum perfectum appellatur: magnum nomen libri hujus, quia magnus est, de quo scriptus est liber. Quid enim perfectius verbo, qui solus inter mortuos est liber? Audiamus quid loquatur Mercurius de verbo perfecto. Dominus, inquit, & omnium factor Deorum, secundum fecit Dominum, quem valde dilexit, tanquam unigenitum suum.*

8. Orpheū verbum Patris ita invocantem introducit Diodorus.

*Ὀρχίλω σε, θεῶν μεγάλων σοφὸν ἔργον,*

*Αὐτὴν Ὀρχίλω σε πατρὸς, τὴν φθέγγεαι πρῶτον.*

Quam precationem ex Mercurio habuisse apparet ex Suida, qui ita Trismegistum Mercurium orantem introducit. *Ὀρχίλω σε θεῶν μεγάλων σοφὸν ἔργον. Ὀρχίλω σε φωνὴν πατρὸς ἣν ἐφθέγγεαι πρῶτον, ἥνικα τὸν πάντα κόσμον ἐσηρίξατο. Ὀρχίλω σε κατὰ τῶν μονογενῶν λόγους καὶ τῶν πατρὸς τῶν περιέχοντων πάντα, ἰλειως ἰλειως ἔσσι.* Similia invenies apud probatæ fidei auctores de Zoroastre, Pythagora, Apolline, Sibyllis, Platone, Alcinoo & alijs. Consule Lactant. lib. 4. de vera sapient. cap. 6. August. lib. 7. confess. cap. 9. lib. 18. de Civit. DEI cap. 23. Theodoret. lib. 2. de principiis. Euseb. lib. 11. de preparat. Evangel. cap. 10. lib. 7. cap. 5. Paul. Tarnov. in com. ad cap. 1. Joh. Morneum de verit. Relig. Christ. cap. 6.

9. Non tamen omnia illa, quæ apud Lactant. & alios in hanc sententiam leguntur, planè probamus, nimij enim sunt in commendanda illa, quam Ethnicis tribuunt, Christi cognitione, si tamen quidam quandam habuerunt, quod vix negari poterit, hauserunt eam vel ex lectione scriptorum Sacrorum, vel conversatione cum illis, qui verum DEUM ex verbo noverunt.

10. R. Distinguendo II. inter Notitiam λόγους historicam & salvificam. illam quosdam inter Philosophos, si non perfectam, tamen aliqualem habuisse, inficiari hæud posse docuimus, cum id ex laudatis Auctoribus satis superq; sit perspectum. Hanc autem cuiuspiam illorum tribuere, nobis religio est. Licet enim cognoverint Christum esse DEI, tamen hac generali & supervacanea cognitione salvari nequiverunt.

II. Nam salus nostra consistit in cordis ἀληθοφροσύνῃ, quæ

certe

certò statuit, Christum suum esse Redemptorem, iudicem, curato-  
rem, suum λόγον, qui suas apud Patrem partes agat, & pro se apud  
Patrem intercedat. Hac cordis *ἄλλοι Φοβία* Ethnici Philosophi  
fuerunt destituti, unde fluit, ipsos vera & salvifica Christi cognitio-  
ne fuisse destitutos. Trahimus huc quæ Augustinus habet orat. de  
s. errorib. cap. 3. tom. 6. fol. 38. *Quid miraris, Christiane, quod talia  
isti de Patre & filio dicant? Et demones credunt & contremiscunt.  
Nempe in Evangelio, transeunte Domino, dicunt: Novimus quod sis  
filius DEI, venisti ante tempus perdere nos. Utinam quomodo Damo-  
nes iudicem, sic homines agnoscerent Salvatorem!*

12. III. Id quoq; hic addendum, quod de Platonice ait Thomas  
part. 1. quæst. 3. art. 1. *In libro Platoniorum invenitur: In principio  
erat verbum, non secundum quod verbum significabat personam geni-  
tam in divinis: sed secundum quod per verbum intelligitur ratio idealis,  
per quam DEUS omnia condidit.* Plura de hac quæstione vide apud  
Paul. Tarnov. sup. cap. 1. Johan. Jac. Mart. lib. 2. Metaph. exer. 4. thes.  
9. Pelarg. in quæst. super cap. 1. Joh.

### Apparentis cujusdam pugnae conciliatio.

Evangelista Johannes hic magnâ *παρρησία* affirmat, verbum  
vitæ oculis Apostolorum esse visum. At cum DEUS sit, concludi  
posse videtur, eum oculis visum non esse. DEUS enim est invisi-  
bilis, unde ipse Jehova Mosis dixit Ex. 33. v. 20 *Non videt me homo  
& vivet.* Verùm R. verbum vitæ Apostoli suis oculis usurparunt,  
non in propriâ suâ naturâ, ut olim Servetus deliravit, teste Tossiano,  
sed in assumpta humanâ, propter unitatem *ἁποσείσεως* Christi,  
qui ex divinâ & humana naturâ est *σύνθετος*. In ipso enim *πάν  
τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος κατεκείσθη σαρκικῶς*. Col. 2. v. 9. No-  
tatu igitur dignum est, quod Cyprianus lib. de Baptis. Christ. re-  
liquit: *Filius DEI, in sua natura invisibilis, visibilis factus est, ut fide  
simul & experientia doctrina Christiana sulciretur.* Idem est quod  
Tertullianus scribit advers. Praxeam. fol. 102r. *Visibilis Christus in  
carne, invisibilis ante carnem.* Et D. Paulus ait: *DEUS manifestatus  
est in carne.* 1. Tim. 3. 16. Hinc Sancti Apostoli facti sunt *spectato-  
res* divinæ Christi majestatis 2. Pet. 1. v. 16. Nec tantum foris vide-  
runt Christum hominem, sed intus confessi sunt ejus *divinitatem &  
officium.* Matth. 16. v. 16. Loco-

Ex textu emanantium & erutorum, collectio.

I. *Sancti Evangelij mysterium cum mundo fuisse initium.* Colligitur hic locus inde, quod Apostolus Johannes inquit, *se annunciare id quod fuit ab initio.* Habuerunt autem Patres salvificam Evangelij de Christo doctrinam triplici modo (1) *In promissionibus:* quò cum primis pertinet *πρωτιναγγελιον* in Paradiso ab ipso filio DEI prædicatum Gen. 3. v. 15. & omnes promissiones de Christo Patriarchis factæ: quo respectu de patre credentium Abrahamo scriptum est, quod ipsi proevangelizatum fuerit, *benedicentur in te omnes gentes* Gal. 3. v. 8. & hoc sensu Evangelium Legi opponitur. Promissio, hoc est, doctrina Evangelij Gal. 3. v. 14. & Evangelium vocatur promissio vitæ 2. Tim. I. v. 1. (2) *In prædictionibus & vaticiniis Prophetarum,* in quibus Salvatoris nostri adventus, incarnatio, vitæ cursus, passio, mors, resurrectio &c. tam clarè descripta reperiuntur, ut Prophetæ sæpe numero, non futurarum rerum prænuncios, sed historicos agere videantur. (3) *In sacrificiis & typis Leviticis.* Omnia enim illa sacrificia ad Christum tendunt, & ipsius fuerunt typi, quod manifestum satis ex Epistola ad Hebræos, ex qua præclarum istum hic jam laudamus locum Hebr. 13. v. 8. & Apoc. 13. v. 8. Quibus Evangelista amplitudinem sacrificij Christi commendare voluit, quod virtus passionis & mortis Agni, ad ipsam mundi originem, & sic ad omnes fideles, inde ab Adamo ad finem sese usque extendat, ut nemo mortalium, nisi sanguine Agni redemptus, vitam consecutus esse intelligatur. Quum autem in illa natura, in qua mactari debuit & potuit, nondum erat, manifestum est, ipsum mactatum dici, tum *æterna DEI prædestinatione*, ad hoc, ut aliquando mactaretur, tum *promissione* de semine mulieris contrituro caput serpentis, tum *patrum fide*, quæ fuit *πίστως* rerum sperandarum, tum *in victimis & oblationibus*, quæ victimæ fuerunt *umbra*, *Christus vero ipsum corpus* Col. 2. v. 27. Et inde est quod S. Patres eadem *sperarunt via ac fide salvari qua nos salvamur* Act. 15. v. 11.

II. *Vetus Testamentum habuit promissionem, Novum fœdus exhibitionem.* Hoc porisma nobis suppeditant verba: *Vidimus, per-speximus, audivimus, palparimus.* De Salvatore nostro quidem.

ὅτι κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας ἡ ἐκκλησία ἡ ἑαυτῆς σώμα καὶ ἡ ἐκκλησία ἡ ἐκκλησία. 10. v. 7. & semper in V. T. quod ad divinitatem, patribus fuit præsentissimus, nondum tamen carnem sibi unitam habuit, sed illa tantum in typis & figuris patribus fuit adumbrata, quod eleganter confirmatur Hebr. 10. v. 1. *Lex umbram obtinet futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum.* Hæ autem umbræ hodiè cessarunt, & quod in illis præfigurabatur, nobis est exhibitum. *Nam verbum caro factum est* Joh. 1. v. 14. Gal. 4. v. 4. 1. Tim. 3. 16. Quamvis igitur Christus in V. T. fuerit promissus, quamvis etiam Patribus semper sua gratia, merito & Deitate adfuerit, non tamen in eadem carne.

III. *Prædicare Evangelium est ministrorum Ecclesiæ officium.* Id docet vox annunciamus. Hoc confirmat tum serium Christi mandatum Matth. 28. v. 19. Mar. 16. v. 15. Tum insignia doctorum encomia. Vocantur *Doctores* 1. Cor. 12. v. 28. Eph. 4. v. 11. fungantur igitur officio doctoris & doceant populum DEI Act. 20. 28. Vocantur *Pastores* Num. 27. v. 17. Jer. 3. v. 15. Ezech. 34. v. 2. Eph. 4. v. 11. pascant ergo gregem domini, pabulo cœlestis doctrinæ. Vocantur *angeli & legati* DEI Mal. 2. v. 7. 2. Cor. 5. 20. Ap. 1. v. 20. Exponent igitur voluntatem cœlestis patris, ex verbo DEI, hominibus, ad quos sunt missi. Vocantur *operarij* Matth. 9. v. 38. 2. Tim. 2. 15. laborent itaq; in verbo 1. Tim. 5. v. 18. tum Apostolorum, imò ipsius Christi exemplo. Illi enim non inhiarunt regimen aliquod politicum, sed in verbi prædicatione fuere occupati. Quum igitur sacerdotium non sit otium, sed negotium, & episcopatus sit nomen, non honoris, sed operis, idcirco *Præpositi Ecclesiæ sanctæ vivere debent, propter exemplum, & docere, propter administrationis officium.* Prosper. lib. 11. de vit. contemplat. cap. 2.

IV. *Prima ministrorum laus est, non nova excogitare, sed revelata prædicare.* Illud haucimus ex his verbis, *Quod ab initio fuit, id annunciamus vobis.* Hos sequi debent verbi præcones, novi nihil adterant in Ecclesiam, sed veterem de Christo in scripturis revelatam, quæ ab ipso mundi exordio in Ecclesia sonuit, doctrinam prædicent & propagent. Sedulo ad id eos exhortatur D. Apostolus 2. Thessal. 2. v. 15. 1. Corinth. 15. v. 3. Elegans hic dictum ex Juris Canonici cap. 3. adscribere lubet §. si quis dist. 36. *Si quis vult pontifex, nõ tam vocabulo, esse, quàm merito, imitetur Moysen, imitetur Aaron, quid enim dicunt*  
de

de est quod no disceant in Tabernaculo Domini. Erat ergo Moses indefinenter in Tabernaculo Domini. Quod autem opus ejus erat? ut aut à DEO aliquid disceret, aut ipse populum doceret, Hæc duo sunt Pontifici operâ, ut, aut à DEO discat, legendo scripturas divinas, & sapius meditando: aut populum doceat. Sed illa doceat, quæ à DEO ipso didicerit, non ex proprio corde, vel humano sensu, sed quæ Spiritus S. docet.

V. Christus est Patris verbum, Ergo nihil faciamus calumniatorem Diabolum. Diabolus accusat (1) DEUM apud homines, divinam ejus misericordiam in dubium vocando, mortalesq; ad desperationis antra redigendo. Verum spernamus has diaboli calumnias. Christus enim est  $\alpha\gamma\omega\sigma$  cælestis Patris. Hic testatur, quod cælestis Pater sit misericors & miserator. Ex. 34. v. 6. *cujus misericordia magna* 2. Sam. 24. v. 14. *ardens & accensa* Hof. 11. v. 8. *qui non vult ejicere ad se venientem* Joh. 6. v. 37 *sed ut peccatores convertantur & vivant* Ez. 33. v. 18. (2) Accusat Diabolus homines apud DEUM Apoc. 12. v. 10. *peccatorum gurgitem, in quem eos malitiosè præcipitavit, exaggerando, vel etiam mercedis causa tantum eos voluntatem DEI facere calumniando* Job. 1. v. 9. Verùm Christus causam nostram agit apud Patrem, & dat testimonium Spiritui nostro, quod simus filij DEI. Rom. 8. Nihil igitur moramur Diaboli calumnias, sed in singulo momento, quo nos accusat Satanas, recordamur quod Christus est noster advocatus, qui nos excusat 1. Joh. 2. v. 2. (3) Accusat Diabolus homines inter seipsos, calumniatoris linguam, aures alterius, qui calumniis delectatur, occupando, & hæc ratione candidam tertiarum personarum famam denigrando. Verùm Christus cælestis  $\alpha\gamma\omega\sigma$  est, qui partim nos ab hujusmodi nefando vitio sedulo abducere studet, partim innocentes à calumniatoribus mirabiliter liberat, eorumq; integritatem toti mundo manifestat.

VI. Christus est vita eterna, ergo & nos vivemus post hæc secula. Suppeditat nobis hoc morale Christi appellatio, qua dicitur vita eterna. Magnum est supremi Numinis beneficium, quod Christo veræ vitæ tanquam palmites sumus inserti. Joh. 15. v. 1. & 2. & quod ipse est caput Ecclesiæ Eph. 5. v. 23 Col. 1. v. 18. Unde is in nos sua membra multiplici gratiâ influit, non secus ac caput Physicum reliquo corpori spiritum animale communicat. Beneficium etiam haut vulgare est, quod sponsus ille mysticus sponsæ suæ assistit, & quamvis animâ brachio virtutis suæ sustentat, ne inter tor afflictio-

NUM

num fluctus miserè succumbere & <sup>ἐπιπίπτειν</sup> ~~ἐπιπίπτειν~~. At si propter hanc  
 vitam (nam ex idiotismo linguæ <sup>ἐν</sup> hic idem est quod <sup>ἡ</sup> ~~ἡ~~ <sup>ἡ</sup> ~~ἡ~~ <sup>ἡ</sup> ~~ἡ~~ pro-  
 pter, sic sumitur Gen. 29. v. 1. Matth. 6. 7. Luc. 22. 20. 1. Cor. II. v. 25.  
 Act. 7. 29. Eph. 1. v. 3.) tantum speramus in Christum, miserabiliores su-  
 mus omnibus hominibus. 1. Cor. 15. v. 19. Longè ergo majora & altio-  
 ra nobis in fide perseverantibus erunt expectanda. Restat enim  
 καὶ ὁ ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βίωσις δόξης. 2. Cor. 4. v. 17.  
 Phil. 3. 20. 1. Pet. 2. v. 4. Ad quā gloriā nos perducit Jesus Christus, salva-  
 tor noster, qui cum vita æterna sit, nullam nobis aliam, quam æter-  
 nam dabit, secundum illud Joh. 10. v. 28. Ego vitam, æternam do eis,  
 nec peribunt in æternum, neq; rapiet eos quisquam de manu mea.

VII. Christum dicimus verum Jehovah, ergo in eum ponamus  
 cordis fiduciam. Nam quia Christus verus DEUS, ergo conveniens  
 mediator, propter suam ad DEUM & homines <sup>ὁμοίωσιν</sup>. Ergo per-  
 fectus redemptor, propter infinitam satisfactionis efficaciam, ex per-  
 sonæ infinitate promanantem. Ergo potentissimus defensor, ob  
 divinam virtutem. Ergo efficaciss. intercessor, propter suam cum  
 Patre <sup>ὁμοσίαν</sup>. Ergo plenissimus Salvator, propter salutem & vi-  
 tam essentialiter ipsi competentem. In illo vita, ab illo vita, ex ipsius  
 plenitudine omnes accipere possumus, uti ex fonte aqua hauritur,  
 ut tamen perpetuo aquis abundet. In cujus manibus firmiter & se-  
 cure salus nostra est reposita, quæq; <sup>calum & terram</sup> condiderunt  
 Es. 45. 2. in quibus ab æterno descripti sumus Es. 49. v. 16. ex quibus nemo  
 nos rapere potest. Joh. 10. v. 29.

VIII. Christi incarnatio est nostra reparatio & illuminatio: mon-  
 strant nobis hanc doctrinam verba manifestata est vita. Venit ad nos  
 Filius DEI per viam incarnationis. Nullus quidem in ejus nati-  
 vitate apparebat luxus Luc. 2. Magnus interim fructus. Tum enim  
 omnino processit stella Jacob. Num. 24. v. 16. Ortus est Sol justitie Mal.  
 4. v. 2. & ortum est lumen ad revelationem gentium Luc. 2. v. 32. Et vi-  
 sitavit nos oriens ex alto, ad lucendum in, qui in tenebris & umbræ  
 mortis sedent Es. 60. v. 2. Luc. 1. v. 78. de quo præclaro incarnationis  
 fructu ex D. Ambrosij hymno nobis accinait Ecclesia

Præsepe jam fulget tuum, | Quod nulla nox interpolet  
 Lumeng; nox spirat novum, | Fideq; jugi luceat.

08(0)00 08(0)00







Ex textu emanantium & erutorum, colle

I. *Sancti Evangelij mysterium cum mundo sumsit initium* ligitur hic locus inde, quod Apostolus Johannes inquit, *clare id quod fuit ab initio*. Habuerunt autem Patres salu-  
vangelij de Christo doctrinam triplici modo (1) *In prom*  
quod cum primis pertinet *πρωτευαγγελιον* in Paradiso ab  
DEI prædicatum Gen. 3. v. 15. & omnes promissiones  
Patriarchis factæ: quo respectu de patre credentium A  
scriptum est, quod ipsi proevangelizatum fuerit, *benedic*  
*omnes gentes* Gal. 3. v. 8. & hoc sensu Evangelium Legi  
Promissio, hoc est, doctrina Evangelij Gal. 3. v. 14. & Ev  
vocatur promissio vitæ 2. Tim. 1. v. 1. (2) In prædictionib  
ciniis Prophetarum, in quibus Salvatoris nostri advent  
natio, vitæ cursus, passio, mors, resurrectio &c. tam cl  
pta reperiuntur, ut Prophetæ sæpe numero, non futurari  
prænuncios, sed historicos agere videantur. (3) In sacri  
pis Leviticis. Omnia enim illa sacrificia ad Christum t  
ipsum fuerunt typi, quod manifestum satis ex Epistola ad  
ex qua præclarum istum hic jam laudamus locum Hebr  
Apoc. 13. v. 8. Quibus Evangelista amplitudine m sacrifi  
commendare voluit, quod virtus passionis & mortis Ag  
mundi originem, & sic ad omnes fideles, inde ab Adam  
se usq; extendat, ut nemo mortalium, nisi sanguine Ag  
tus, vitam consecutus esse intelligatur. Quum autem  
tura, in qua mactari debuit & potuit, nondum erat, mani  
ipsum mactatum dici, tum *æterna DEI prædestinatione*, ad  
quando mactaretur, tum *promissione* de semine mulieris  
caput serpentis, tum *patrum fide*, quæ fuit *πίστεως* reru  
darum, tum *in victimis & oblationibus*, quæ victimæ fueru  
Christus vero ipsum corpus Col. 2. v. 27. Et inde est quod S  
dem *sperarunt via ac fide salvari qua nos salvamur* Act. 15.

II. *Vetus Testamentum habuit promissionem, Novum*  
*hibitionem*. Hoc porisma nobis suppeditant verba: *Vid*  
*speximus, audivimus, palparimus*. De Salvatore nostro

F 3

